


21a 3

- 32 -

3 106



cste libro es del señor Don Joaquín
Mundo Bacamón en Salas. a 12 de Mayo

DECIR CUNSTANTIS LIBELLVS

synonymia

circu-

neta

tie-

Appell

ces

attribu

ta-

mētra

et pars

traquis

unus

ut ex

earum

ordine

series

appella

tiend

adint

quemur

in regu

circum

pe circu

occupat

Petrus

Ramí

versus du

plex.

versus

Sex

sunt

Causa,

locus,

tempus,

per

sona,

modus,

Res,

alter

quis,

quid

vbi,

quibus

auxiliis,

cur

quomodo,

quando,

et Personafaciens.

In persona hæc attributa specta vnde dedicatur 2. quid persona
ag. qua. aliis ab alio 3. que attributa
differimus. tum in 4. proprie
animo tum incorpo
re. tum in extro
situs.

triphilia, Aristoteli, et Cicero
vniuersitatis. hoc versus
roni, Corporis, Animi, fortunæ
Corporis, ut ræbetudo, figura
viræ, etas, Animi, virtutæ.

vitæ, artes, inertie. Animi
et commotiones, cupiditas, me
tus, ioluptas, molestia, for
tunæ, ut genus, amicitia, liberi

propinquæ, affines, opes
deditæ, in quibus enumera
randis temporum ordi
nem sequi Volumus, colle
cabitur sic. genitrix operæ
natura, educatio, affectio
etas, fortuna, prosperitum

actio, Oratio, Mores, et conseque
ntia, mortem. que omnia tri
bus temporib; disponemus.
ante vitam in vita et post vi
tam est. in hoc ualent pluri
mum personarum description
es,

que dicuntur topographes. quas si
in comulatissime ordinatae et
suppedantur.

Resfacta 2.

Hic spectantur, an magna, an pa-
rva. periculosa, exparsa periculi.
peripheria, aut, aut non fieri
potest. facilis, difficultis. Necessaria
hoc est sine qua salvi esse non
possimus, ut vita, libertas, li-
berorum pudicitia, non nece-
ssaria utilis inutilis. Insta in-
vista, precaria, obscura
exquiritur ponditum, quis modus
sit narrandi, et potest reduci
ad tria via bona corporis animi
et orationis.

Tempus 2.

intempore spectanti presen-
tia, presentia, frater, in
sunt autem tempora pie-
ta Ciceronem que exna-
turam notantur triennia,
ver, estas, autumnus, aetas
annitempora, ut menses,
dies, nox, hora, tempestas,
que sunt naturalia for-
tuita vero, ut sacrificia
festi dies nuptie, q. sa-
let crimen gravius rebatur
nota breviter temporum descri-
ptiones quas greci chrono-
graphias vocant.

Locusq.

loci spectantur secundum
naturam dispositi ut ma-
ritimi, an remoti amari, pl-
ani, an monitos levibus an-

lege. 12. proxima.

trapezitum
trapeze

Res est totius ne-
gotiorum signo co-
flata brevis con-
plexus

asperi, salubres, an pestri-
tes, opaci, an asperisci, etri
fortunata, culti an in culti
celebres, an deserti, etri
ficati an rasti obscuri
an rerum gestarum ve-
triges, nobilitati conse-
ctu, an prophani, nota
bis et hic locorum descri-
ptiones, topographias et geo-
graphias

Modus 5.

Major -

Minor -

Conclusio -

Antecedens

Consequens

Ea autem est neceſſaria quia doceat vitare errores.

*Sed dialektica docet vitare errores, qui in
religionis artibus solent obrepere.*

Ergo dialektica est neceſſaria! -

A P H T H O N I I
S O P H I S T A E
Progymnasmata
Rhetorica.

17-11-1998

Rodolpho Agricola Phrisio interprete.

Cum scholijs nuper additis per Francif-
cum Sanctum Broensem Rheto-
rices professorem.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. f. C. 1^o N. 20.

S A L M A N T I C A E.

Excudebat Andreas à Portonarijs.

S. C. M. Typographus.

M. D. L. V I.



ALPHONSVS SOLISIVS

In Scholia Sanctij.

Si vos fortè noua aspernatur futile vulgus:
Dicite ei, veteres non' ne fuere noui?

APHTHONII PROGYMNASMA- tum elenches.

Fabula.

Historia, siue Narratio.

Chria, siue usus, aut utilitas.

Sententia.

Destructio, siue subuersio.

Confirmatio, siue assueratio.

Locus communis.

Laus.

Vituperatio.

Comparatio.

Ethopœia.

Descriptio.

Thesis.

Legislatio.

De quibus vide Quintilianum libro. 2. cap. 4.

APHTHONII SOPHISTAE PROGYMNASMATA,

Rodolpho Agricola Phrisio interprete.

Fabula.

I.



Abula initio poetarum fuit. Postea vero, quod erudiendis pueris apta erat, a rhetoribus est etiam usurpata. Est autem fabula, oratio falsa similitudinem exprimens veritatis; dicitur etiam Sybarytica et Cilix et Cypria, ex inventoriis nomen permutans. Euicit tamen ut magis Aesopica vocaretur, quod omnium optimas Aesopus fabulas conscripsit. Et sunt fabularum aliae quidem rationales, morales aliae, aliae mixtae. Rationales sunt, quibus aliquid facientem hominem effingimus. Morales, quae ratione parentium morem imitantur. Mixta est, in qua utrumque, rationale et irrationale iunguntur. Id autem cuius vel docendi causa vel admonendis fabula recensetur, si præponas, πρεπόνω, id est (ut ita dixerim) præfabulare; si subiicias fabulæ, επιβάδιος, id est, subfabulare appellatur.

Fabula di-
uisio.

præfabula
re.
subfabula
re.

S C H O L I A.

IN FABVL A componenda duo vitanda præcipiuntur. Primum ne oratio sit omnino iejuna & arida, sed circumstantijs sit quasi munita. Sunt autem circumstantiæ: Quis, Quid, Vbi, Quando, Quomodo, Quamobrem. 2. Persona, Res, Locus, Modus, Tempus, Causa. Deinde, ne dum hoc vitamus vitium in-

APHTHONII SOPHISTAE

contrarium curramus, & immodico descriptionum ambitu fastidium ingeramus.

Si morale ponatur ante fabulam, non oportet in fabula narranda multum remorari. Exemplo sit Horatianum illud:

*Quid mihi Celsus agit? monitus multumq; monendus,
Priuatas vt querat opes, & tangere vitet
Scripta, Palatinus quacunq; recepit Apollo.
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moueat cornicularis sum
Furtiuis nudata coloribus.*

FABVL AE aut & per se lepidæ sunt & loco appositiæ, possunt persuadere, vt non immerito ab Aristotele. 2. Rheto. inter probationes referantur. Et Cicero in Partitione. Maximam (inquit) facit fidem ad similitudinem veri: primum exemplum: deinde introducta rei similitudo: fabula etiam nonnunquam, & si sit incredibilis, tamen homines commouet. Quintilianus verba quoniā idem cū Cicerone afferunt, & Aphthonium nostrum non mediocriter illustrant, non fuerūt prætermittēda. Is igitur lib. 5. cap. de exemplis sic ait. Illæ quoq; fabulæ, quæ etiam si originē non ab Aesopo acceperunt (nam videtur earū primus author Hesiodus) nomine tamen Aesopi maximè celebrantur, ducere animos solent, præcipue rusticorum, & imperitorum: qui & simplicius quæ facta sunt audiunt, & capti voluptate, facte ijs quibus delectātur, consentiūt. Si quidem & Menenius Agrippa plebem cum Patribus in gratiam traditur reduxisse nota illa de membris humanis aduersus ventrē discordantibus fabula.

Exem-

PROGYMNASMATA.

EXEMPLVM.

Media feruebat æstas, atq; leto inter arbusta cicadæ carmine strepebant: laborabant verò formicæ: colligebantq; frumentum, quo futurae hyemis inopiam tolarent. Veniente deinde hyeme, formicæ laboribus suis pascebantur, cicadis verò ignava illa voluptas est verità infamè. Hoc pacto ijs qui in iuventa defugiunt laborem, in senecta egestate tabescunt.

S C H O L I A.

Exempla dilatatae fabulæ inuenies apud Horatiū Saty. 6. lib. 2. de mure rustico & urbano. Et apud A. Gelium lib. 2. cap. 29. de Cassita.

Narratio. II.

Narratio est rei factæ vel tanquam factæ expositiæ. Diuiditur autem in poeticam, historicam, & ciuitationis rationis. Poetica est quæ habet expositionem fictam. Historica, quæ vetustam rerum commemorationem. Civilis est, qua Rethores vtuntur in causis. Insunt autem narrationi sex: Persona faciens, res facta, tempus circa quod, locus in quo, modus quo pacto, causa ppter quā. Quatuor verò sunt virtutes ipsius, perspicuitas, breuitas, probabilitas, & verborum proprietas.

*Narratio
nis virtu-
tes.*

S C H O L I A.

Superuacaneum hic fuerit adducere quæcunq; de narratione præcipiunt Rethores. Submissius nos geremus, quippe quibus de ptx exercitamentis sit negotium. Narratio igitur hæc, aut est recta, vel inclinata, vel coniuncta, vel dissoluta, vel comparata. Narratio

A 3 recta

APHTHONII SOPHISTAE.

recta dicitur quādo maior illius pars sit per casum re-
ctum, vt illa Ouidiana. 4. Metamor.

*Pyramus & Thisbe iuuenum pulcherrimus alter,
Altera quas Oriens habuit prælata puellas, &c.*

Inclinata est quādo fit p obliquos, qualis est aliquā
do historiographorum, & Plinius in naturali historia,
vide cap. 3. lib. 8. Coniunctiua, quando interrogat cū
vehementia, vt ille ne hæc faceret? ille tantū auderet
facinus? Dissoluta, quando desunt coniunctiones. Te-
rent. Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam ex-
celsum locum. Circunspicio: nusquam: forte ibi huius
video Byrrhiam. Rogo: negat vidisse, mihi molestū,
qnid agam, cogito. Cōparatiua, quando fit cōparatio,
qualis est apud Salustum Catonis & Cæsaris.

E X E M P L V M.

*Si quisquam est qui Rosę decorem miratur, is animo
mibi Veneris reputet vulnus. Amabat enim dea
Adonidem, contra Mars ipse deam amabat: pariq;
dea Adonidis amore, quo Mars Veneris, tenebatur.
Flagrabat deæ desiderio Deus: dea sequebatur homi-
nem. Similis vtrorumq; ardor, tametsi natura inter se
vt dij homog; differant. Inuidens Mars Adonidi,
perimere ipsum decreuit, vnicum abolendi amoris re-
medium mortem ipsius arbitratus. Percusso demum
Adonide, cùm rem dea accepisset, vt succurreret, festi-
nabat: raptog; properanter inter rosaria cursu, spinis
incidit, calcemq; pedis perstrinxit. defluens autem ex
vulnera sanguis, Rosæ colorem in nouam faciem mu-
tauit: sicq; Rosa quæ initio fuerat alba, in hunc quo-*

nunc

PROGYMNASMATA.

nunc aspicitur transfit colorem.

S C H O L I A.

Exempla copiosæ narrationis cum circūstantijs ha-
bes apud Virgilium in opusculis de Rosa. Item apud
A. Gell. libr. 1. capi. 2. de Arione, De quo etiā Ouid. 2.
Fast. latè. De Adonide vide Politianū in Miscell. cap.
vndecimo. & Ouid. Metamor. 10. circa finem.

Chria, siue vſus.

III.

*Chria. i. vſus, est ex persona alicuius dicti factive
brevis cōmemoratio. Vocata vero est vſus, quod vti-
lis in primis fit. Est aut vſuum aliis rationalis, actiuus
alius, aliis mixtus. Rationalis est, qui oratione sola vti-
le aliquid demonstrat: quale est: Plato inquit virtutis sus.
ramos sudore & laborib. enascit. Actiuus, qui factum
solū aliquid recēset: vt Pythagoras interrogatus quā-
ta esset hominum vita, parumper videndum sē præbēs,
subito abscondit, vitæ humanae mensurā cōspectus bre-
uitate indicans. Mixtus est, qui ex vtrōq; & oratione
& facto constat: quale est Diogenis illud, qui cum vi-
disset adolescentulum immodestius agentem, paedago-
gum verberauit, subiçies: Quid ita talia doces? Hec
verò diuisio est vſus: dispones autem ipsum his capiti-
bus: Laudabis primū personā, deinde explicabis vſum:
postea confirmabis: primū causā aliqua, hinc ex con-
trario, deinceps similitudine, exemplo, testimonio veter-
um, postremò epilogo breui concludes.*

S C H O L I A.

Quintilianus lib. 1. cap. 9. Chriarū (inquit) plurage

APHTHONII SOPHISTAE

nera traduntur. Vnum simile sententia, quod est positi-
tum in voce simplici. Dixit ille, aut dicere solebat. Al-
terum, quod est in respondendo: Interrogatus ille: vel,
cum hoc ei dictum esset, respondit. Tertium huic non
dissimile, quem quis non dixisset, sed aliquid fecisset.
Etiam in ipsis factis esse chriam putant. vt, Crates cū
in dictum puerū vidisset, paedagogū eius percussit.
Et aliud penē par ei, quod tamen eodem nomine ap-
pellare non audent, sed dicunt *χειώδες*: vt Milo quem
vitulum assueuerat ferre, taurum ferebat.

EXEMPLVM.

encomium personae. Laudari iustum est propter egregiam doctrinā Isoc-
ratem, qui nomen ipsis profecto studijs clarissimum de-
dit, quantum vis esset ipsorum, experiencingo exercendog; ostendit. Eō sanè gloriæ processit, vt potius decisse no-
men studijs suis, quam laudem ab ipsis accepisse videa-
tur. Quibus autem vel Reges admonens, vel instituēs priuatos, bene de hominū meruit vita, longum esset re-
censere. Verum quod de eruditione tradidit, haud ab
rsus expli- fuerit cōmemorare. Amator, inquit, eruditiovis, à la-
boribus auspiciatur, sed laboribus desinentibus in utili-
tatem. Quod quam verè ab eo recteq; dictum sit, vel
A causa. hinc erit perspicere: amantes enim eruditionis à duci-
bus eruditionis conqueruntur primum: ad quos accede-
re, versariq; apudipso, vt formi dolosum est, ita relin-
quere stultissimum. Et pueri quidem uunquam metu va-
cant, ex cū ad sunt præceptores, ex quum venturos
expectant. Succedunt præceptoribus paedagogi, duri
aspectu:

PROGYMNASMATA.

aspectu: castigantes verò cedētesq; duriores. Itaq; ex
poena antē metu ipso est grauis, ex metū grauius sub-
sequitur experimentum: errataq; omnia puerorum se-
uerissimè vindicatur: rectē facta verò, velut ad ea de-
mum nati sint, exastissimè exiguntur. Iam vero paedago-
gis ipsis etiam patres sunt molestiores, in deambula-
tiones inquirentes, ex vetantes egredi in publicum, fo-
rumq; ipsum suspectum habentes. Quod si animaduer-
tere oportuerit, grauius, ex velut naturæ etatisq; ob-
liti coercent. Veruntamen per ista, cū ad virilē etati-
tem perueuerit puer, cumulatur virtutibus. Qui vero ex contra-
veritus ista, fugerit magistros, deseruerit patres, pæ-
dagogos auersetur, prorsus expers eruditionis manebit: fugiensq; metum, simulcum ipso doctrinam relin-
quet. Hæc nimirum Isocrati animum induxerunt, vt
eruditionis acerbam vocaret radicem. Quemodmodū ex similitu-
dine. enim qui terram colunt, in ipsam multis antē laboribus
subactam semina deiiciunt, fructus vero maiori com-
portant voluptate: sic qui ad studia accinguntur, mul-
ta cura sequente demum gloriā comprehendunt. Aspi-
ce autem mibi Demosthenis vitam, qui oratorum om-
nium laboriosissimus, omnium quoq; clarissimus euasit. Ab exem-
plio. Tantum enim illi studijs superabat, vt comam natuum
capitis ornamentum detonderet, multo optimum orna-
mentum putans virtutē: laboribus consumpsit, quæ ad
voluptates reliqui profundunt. Idcirco præclarè hoc Testimonio
(vt omnia) Hesiodus ait, asperam esse ad virtutem veterum.

A s viam,

APHTHONII SOPHISTAE

viam, cacumen verò molle: eandem certè quam Isocrates sententiam. Hesiodus enim viam vocavit, Isocrates autem dixit radicem: differentibus nominibus eandem uterque sententiam explicantes. Respicientes ergo ad ista, laudabimus merito Isocratem, pulcherrimè hęc deeruditione tradentem.

S C H O L I A.

Tantum enim illi studij superabat.) Gellius libr. 1. cap. 22. sic ait. An autem superesse dixerint veteres, pro restare, & perficiendę rei adesse: quærebamus. Nam Salustius in significatione ista non superesse, sed supere rare, dicit. *Hesiodus ait.*) libro. 1. Georg.

Virtutem posuere Dei sudore parandam,

Arduus est ad eam longusq; per ardua callis.

Vide Ciceronis Epistolam. 18. libro. 6.

Exemplum rationalis chriæ est apud Valer. Max. lib. 7. cap. 2. de Xenocrate. Dixisse aliquando pœnituit: tacuisse nunquam. Vide Adag. Silētii tutum prēmiū. Actiū tantum, Heraclitus rogatus in seditione, vt cō cordiam inter ciues componeret: consenso suggesto poposcit calicem aquæ frigidæ, cui paulū admisicut farinæ, mox pulegii sylvestris non nihil addidit: dein de epoto calice discessit: nec verbū fecit. Hoc significās ciuitatē seditiōib⁹ cariturā, si frugalitatē sectaret. Mistæ chriæ nobile exemplum est apud Plinium lib. 18. cap. 6. de Furio Cresino. & apud Plutarchū de Sci luro Scytharū Rege: Qui cū Octoginta liberos masculos haberet, iam iam moriturus virgarū fasciculum singulis porrexit effringendum. Quod cū frustra tēta retur

PROGYMNASMATA.

6

ret ab oīb⁹, ipse singulas eximēs virgulas facile cōfregit: Si cōcordes (inquiēs) eritis, validi in quieti; manebitis: si nāt discordes, ibecilles, & expugnatū faciles.

Sententia.

III I.

Sententia est oratio breui complexu aliquid quod adhortandum debortandum ve pertinet, explicans. Sentē sentētiarū tiarum verò alia exhortans, alia debortans, alia enunciāns. Est autem alia simplex, alia composita. Præterea, alia probabilis est, alia vera, superlata alia. Exhortans sententia est: vt, Oportet hospitem præsentem a- odyss. 15. mare, volentem verò mittere. Dehortans: vt,

Turpe, quiete ducem totas deperdere noctes, iliad. 2.
Enunciās: vt, Pecunij opus est, sine quibus nihil eorū Demosthe. quæ necessaria sunt recte fiet. Simplex autem: vt, 1. olynth.

Optimum id augurium est, patriam tutarier armis. iliad. 12.

Composita: vt,

Multos esse malum reges, rex unicus esto. iliad. 2.

Probabilis : vt,

Quales amicos quisque habet: tales scias.

Vera: vt, Expers malorum vita nulli contingit.

Superlata, vt infirmius nihil homine. Hoc ergo patet sententia diuiditur. Tractabis verò ipsam eis de capi tibus, quæ in yſus explicatione diximus. Laudabis pri- mum, deinde explicabis, tum confirmabis ex causa, ex cō trario, similitudine, exemplo, testimonio veterū: demum breui epilogo concludes. Differt autem sententia ab yſu, cō quod yſus persepe actius est, sententia verò semper

APHTHONII SOPHISTAE

semper rationalis: deinde quod usus semper habet additam personam, sententia & sine persona effertur.

Theognis.

*Exhortas. In mare fluctuagum, ne te premat aspera egestas,
sententia. Desili, & a celsis corruce Cyrene iugis.*

EXEMPLVM.

Indignū Theognidi visum est. Poeticā velut rē inceptā accusari. Itaq; relictis fabularū commētis, ipse ad formandos mores, vitāq; instituendā, ipsam traduxit. Quū videret em̄ poetas cōpositis fabulis velut prēclaro aliquo inuēto gaudētes, ipse satius duxit, quomodo recte viuatur, carmine cōplete. Laudādus certè ob utrūq; & ob metri gratiā, & q; meliorū admonēs, institutionis attulit fructū. Sed huius vt alia omnia, ita hoc in primis merito quis laudauerit, quod de paupertate dixit. Et qd inquit? Viues in paupertate, prēcipitē mittere se, quō ipsam vitet, nō dubitet: tāquā melius sit p̄mature vitā relinqre, quā solē dedecoris sui haberet testē. Dixit quidē ille haec quē rectissimē ab eo dicta esse confirmat cōstatib; si quis verū volet intueri. Degens enim in paupertate, quū adhuc minor natu est, nequit exerceri ad virtutē: vt verò ad virile peruererit aetatē, improbissima faciet: legatus enim pro patria, pecunia corrumperetur: cōcionaturus, quō spes lucriduxerit, eō flectet orationē: ius verò dicturus, prolargiente pronunciabit.

Ex contra riso. Vacua autem paupertatis curis, & pueri ad spem protinus honestissimam virtutis attolluntur: & viri facti

PROGYMNASMATA.

7

facti cuncta splendide administrant, iam in pace sumptum edendis publicē muneribus, faciendisq; ludis præbentes, iam in bello impensas, in toleranda militiæ onera conferentes. At vero quemadmodum graubus ad similitudinē stricti vinculis, quo minus liberum ipsi sit quod velint agere, vinculis prohibentur: sic in paupertate degentibus obstat, quominus exercere libertatem possint, ipsa paupertas. Irum vides, qui quum Ithacensium unus es Exemplū. set, non tamen id iuris illi, quod reliquis ciuib; erat: verū tam molesta ei fuit paupertas, vt nomē quoq; inopia permutarit: nam quum primum Arnaeus voca odyss. 18. retur, Irus appellatus est, cognomenq; ex profissione accepit. Et quid oportet Irum dicere? Ipse qui Ithaca quoq; potiebatur Ulysses, postquam domum rediēs paupertatem simulabat, ipsius etiam sensit mala: delusus enim, & ab ancillis inebriatus est. Adeo etiā species p̄tagorou- paupertatis molesta. Præclare ergo recteq; Eu uer. i. ripides inquit, malum esse nihil habere, neq; paupertatem nobilitatem leuare. Quomodo ergo quis satis & pro dignitate laudabit Theognidem, talia tamq; graviter a Testimonio veterum. Epilogο.

Destructio, siue subuersio. V.

Destructio vel subuersio, quam ἀναστενὴ Græci vocant, est propositæ alicuius rei reprehensio. Subuertenda verò neq; manifesta valde, neq; prorsus incredibilia, sed ea quæ velut medie sunt conditionis. Oportet autem quum subuertere aliquid voles, primum eos reprehendere

prehēdere qui dixerūt, deinde subiçere rei expositionē postea ipsam subuertere his partibus, obscuro videlicet incredibī, impossibī, non cohārente, indecoro, inutili. Hoc aut p̄æ exercitamētū omnē p̄pemodū vim artis in se cōpletebitur.

EXEMPLVM.

<sup>primū eos
reprehēdit
q dixerūt.</sup> Poetarum coarguere ineptiam, absurdum mihi videatur, quum vel ipsi fidem sibi detrabant, hisq; maximē præter alia, quæ de dijs tam imprudenter fabulantur. Prorsus enim superuacuum videtur, poetarum ullam nos habere rationem, qui deorum, quorum cura omnia gubernantur, nullam ipsi habeant curam. Et graue qui dem videretur, quisquis ab ipsis deorum infabulam missus esset: Apollinem verò, quem artis suæ ducem vide ri volunt, impudentiæ suæ materiam esse, quis est qui æquo animo perpeti possit? Libet ergo audire qualia de Apolline & Daphne configant. Daphne, in biçit rei ex positionem. quiunt, ex terra Ladoneq; fluuto procreata est. Hanc ob egregiam speciem, exuniq; oris decorum, Phœbus adamauit: cupiensq; Deus restinguere desiderium suū aspernante fugientemq; sequutus est, sed comprehen dere nequit: verūm terra mater, absunta filia: florem eo quo puella nomine, pro ipsa exhibuit: ipsam verò in arbustum vertit, cuius rami propter desiderium puellæ in coronam Pythio Tripodi dicati sunt, flos verò in mercedem cessit diuinationis. Fluiusmodi quidem sunt, quæ illi fabulantur: quæ quām sic in promptu confuta re, hinc facile liquebit. Daphne ex Terra &

pro-

procreata est. Quis oro tam demens, vt ex his quen- quam nasci posse credat? Ipsa homo fuit, illi autem di subuertit obscuro. Incredibili uersam, & suam uterq; habebant naturam. Quomodo verò Ladon terræ coniunctus est? An p̄ aquis ipsam inundat? Quin omnes ergo fluuij, terræ mariti dicantur, cum nullus ipsam nō aquis suis irriget? Quod si ex fluvio homo nata est, quidni ex homine fluuium quoq; nasci posse credemus? Qui minus enim tales ex filijs posterunt gigni, quām ex qualibus ipsi prodierunt? Iam quo pacto nuptias fluuij terræq; nominant? Sentientium enim coniugium est: terra autem fluuiusq; sensus sunt prorsus expertes. Ipsa verò Daphne utrum paternum sequita genus, inter fluuios numeranda est, an pater filiæ homo putandus? Verum esto, concedatur poetis nasci Daphnem ex terra & Ladone. Nata ergo puella, apud utrū enutrita est: Ut demus enim nasci ita potuisse, vt educaretur fieri tñ non potuit. Vbi enim versata est puella? Hercole apud eū qui genuit. Ec quis ergo hominū vitā in fluvio dicit? Obliviscitur enim naturæ suæ pater, citiusq; submerget fluctibus, quām alet. Verum sub terra apud matrem habitauit. Latebat ergo, nullusq; affectui in occulto posita patebat. Cuius autem latebat decor, nullius animum mouere desiderio potuit. Vis & hoc assentiamur poetis? Quomodo tandem amauit Deus, & impotenti affectu à natura sua degenerauit? Amor enim omnium quæ humanas sollicitant mentes, molestissimus est. Impium au tem

APHTHONII SOPHISTAE

tem videtur, grauiſſima naturæ nostræ dijs quoq; attribuere. Nam si omni ex parte nostris teneantur incō modis, qua in re mortalibus præstabunt. Nihil autem malorum esse qnod non experiantur, certum erit, si amo re (quod omnium pessimum est) torqueantur. Sed neq; diuina natura hanc ægritudinem capit, neq; credibile

Non coha- est Phœbum adamasse. Insequens verò puellam Phœ- rente.

bus, quomodo ab ea vicitus est cursu, Deus ab homine? Viri enim mulieribus præstant, & Deum fœmina superauit. Et quæ reliquis hominibus par esse non po- test, ei Deus cessisse credetur? Quamobrem autem fu- gientem puellam mater excepit. An quia malas nup- tias putauit? Quomodo ergo ipsa facta est mater? An verò bonas credit? Cur ergo bonum id filie inuidit? Aut ergo mater non fuit, aut malam fuisse matrem constabit. Quid ita verò terra secum suis ipsa operibus dissensit, offenditq; Phœbum filiam auferē, rursumq; redditā eiusdem nominis arbore ipsum oble- Etans? Non debet gratificari illi, si offendere ipsum volebat. Quare demum Deus arbore illas tripodas co- ronauit. Arbor enim desiderij fuit merces, diuinatio vero virtutis est indicium. Quomodo ergo Deus con- iunxit ea quæ natura repugnant? Quid autem ita mor- talis causa fuit: finis verò immortalis? Sed finis sit, neq; enim plura de poetis dicam, ne ipsorum ineptiam longius insectando, in eandem quam in illis reprehendo vanitatem, videar incidisse.

Scholia,

PROGYMNASMATA.

S C H O L I A.

Mortalis causa fuit, finis vero.) Alij transferunt, pro causa, occasio. pro, finis, terminus. alij pro causa, ami- ea, pro finis, amator. Extat elegatiſſima M. Portij Catoniſ oratio apud T. Liuium lib. 9. dec. 4. de Baccha- nalibus abolendis.

Confirmatio, siue affeueratio. V I.

Catasceue, hoc est, confirmatio vel affeueratio, est propositæ rei comprobatio. Affeueranda verò, quæ neq; prorsus manifesta sunt, neq; omnino fidē vt fieri poſſint, habent: sed quæ medijs quodammodo sunt gene- ris. Oportet autem affeuerantem cōtrarijs vti eorum quibus deſtruenteſ vtuntur. Primum enim laudet eum qui dixit quod affeuerandum est, deinde rem exponat: poſtea contrarijs eorum quæ diximus ſuprà, compro- bet ipsam: pro obſcuro quidem maniſtō, pro incredibili probabili, & poſſibili pro imposſibili, & cohären- te pro repugnante, & decente pro indecoro, & confe- rente pro inutili. Sanè hæc quoq; exercitatio omniem vim artis intra ſe complexa eſt.

EXEMPLVM.

Poetas quisquis vituperat, ipsas mihi vituperare primū lau- dat eos qui Musas videtur. Si enim quæcumq; canunt poetæ, Mu- dixerūt qd affeueradū eſt. Deinde ſe exponit. fuisiſticti profundunt, quidni pluñè Muſis bellum in- dicit, pri poetarum reprehendere conatur inuēta. Ego quidem quicquid poetæ dicunt, maiorem in modū lau- do: potiſſimum verò quod atunt Daphnem à Phœbo esse amatam. Quid rogo tandem tam procul à fide ab-

B horrens

horres istud habet? Daphne, inquit, è terra nata est
Poſtea com-
probat ma-
nifesto. & Ladone. An hoc ergo tam prorsus incredibile? Nōnne rebus omnibus aqua & terra sunt origo? Nōnne semina rerum omnium elementa præbent? Si vero quicquid gignitur, procedit ex terra & aqua, mirum Daphne eisdem orta est, quibus omnia, principijs, Ladone & terra, genita scilicet inde, vnde cuncta procreantur. Superabat autem Daphne facie reliquas omnes. Recte quidem. Quæcunq; enim ex terra se proferunt, primo velut nativo proprioq; conspicua decore, pulcherrima videntur, multa enim imitatio decoris, pulcherrimis quoq; rebus tempore accedit: que vero nata primùm videnda se præbent, ea veluti quæ nullum adhuc decoris sui damnum fecere, blandissimè oculos nostros morantur. Recte igitur Daphne forma præstabilit, primum ex terra procreata. Phœbus igitur quum decore superantem omnes videret, amore ipsius est captus, non iniuria. Quicquid enim in terris est, quo res illæ sunt conspicuae atq; admirandæ, id est omne à dijs ipsis tributum. Si vero honorum omnium amabilis in primis est pulchritudo, quid mirum si iucundissimum deorum munus, Deum quoq; habuit amatore? Quæ enim dij donant, ea desiderant omnes. Conabatur autem amas Deus desiderio suo mederi. sic enim res habet: Virtutes non sine conatu maiore comparantur, & labore opus est quisquis ea aſſequi velit. Hinc ergo conabatur desiderans, nec tamen desiderans comprehendit. In-

gens

gens enim est virtus, nec ad extremam ipsius metam quisquam potest peruenire. Aut igitur amare Phœbum, non terram scilicet, nec deorum maiestatem vanis commentis de honestantes, sed virtutis ostendentes naturā. Norat enim persequens Phœbus id quod sequebatur. Fugiente autem puella, mater ipsam exceptit. Cū cohærente. Et a enim quæcunq; sunt mortalem sortita naturam, quælis & ipsa fuerat Daphne, vnde orta sunt, eodem reveruntur. idcirco in terram cecidit Daphne, ex terra prognata. Accipiens autem puellā terra, pro ipsa reddit arbustum. Vt trahit enim terræ sunt opus: & in ipsam hoīes reconduntur, & ex ipsa arbores nascentur. Pro decente. creatum autem arbustum, Apollinis honori dicatum est. dicit enim extra complexū prouidentiae suę ne arbusta quidem reliquerunt, sed coronatur enatis: & primi p; prodeuntium è terris, ipsis sacrantur. Sed & arbor diuinationis facta est merces. Conuenies & hoc puto. Puel conferentia lare enim nomen continentiae tribuitur: & dare responſa, ex continentia procedit. Quoniam enim voluptatū expers puella est, virtutibus consecratur. Neq; enim posset capax futurorum esse, foedis contaminatum voluptatibus peccitus. Paopter hæc ergo poetas ego admiror & laudo, ipsumq; veneror carmen.

S C H O L I A.

Quæcūq; enim ex terra.)In Græco sic. Quæcūq; em primū ex terra prodeūt, cū naturę proueniūt pulchritudine: Nāq; multę corporū mutationes cōſtituūt, in qui-

in quibus magna conspicitur pulchritudo. Quæ vero primum apparent, sunt omnium pulcherrima.

Locus communis. V I I.

Communis locus est oratio, bona aut mala quæ alii in suis sunt, augmentans. Dielus autem est communis, quoniam communiter omnibus eis conuenit, quibus ea res de qua agitur, inest. Oratio enim in proditorem, omnibus in commune proditioni obnoxia aptatur. Vi detur autem velut secundæ orationi & conclusioni similis: ideoq; procœnum communis locus non habet. Fingimus autem aliquid procœnijs simile, exercendorum iuniorum causa: positoq; eo subijcies primū caput ex contrario: hinc rei expositionem: non quidem tanquam doceas (nota enim res est) sed vt exasperes. Posthanc afferes comparationem, qua ex colatione id de quo agitur in maius extollas: hinc sententiam velmentem, caput videlicet quod ita vocatur, exprobrans facili intētionem: deinde digressione conjecturali antecedentem vitam in criminum suspicionem deuocabis: post id velut misericordiae occurrentum est: tum velut postremis exercitamēti huius locis, legitimo, iusto, utili, possibili, honesto, euenturo concludendum.

S C H O L I A.

LOCI communes dicuntur primo, qui sœpè in disputationem veniunt, quales sunt: Fortuna, Honor, Veritas, Vita, Mors, Virtus, Prudentia, Iustitia, Liberalitas, Temperantia. &c. & his contraria.

In causis item judicialib^o sunt loci communes triplex,

ces, accusatoris tantum, defensoris tatum, & amborum simul. Accusatoris, vt augere peccati atrocitatem, & malorum non oportere misereri. Defensoris, Misericordiam captare. Illata crimina extenuare. Accusatoris & defensoris, Atestibus, contra testes: Aquæstionibus, contra quæstiones: Ab argumentis, contra argumenta: A rumoribus & contra. Item loci communes sunt, quib^o citra personas, in ipsa vita moris erat perorare. vt in Auarum, Adulterum, Tyrannum. De quibus agit hic Aphthonius, & Quint.lib.2.cap.4.

Videtur autem velut secundæ orationi similis.) Quid sit secunda oratio video à nonnullis ignorari. Syndici dicebantur qui eandem causam defendebat. Erat enim moris vt multi aliquando oratores ab eadē causa dicerent, & patrocinium suum in causam communem afferrent. Quando id euenerat, omnes oratores qui post primū egebant, dicebantur Δευτερολογεῖ. i. secundas partes agere. & illorum actio Δευτερολογία. i. secunda oratio siue actio. Talis est oratio Demosthenis de Leptine, & Aristogitone, & Androtione, in quibus (vt notat Libanius) parum aut nihil relictum fuit ad probationem ab illis qui primum locum forte tenuerunt. Sunt verò hæ orationes (vt idem ait) velut epilogi tantum. Talis est & illa Ciceronis pro Cornelio Balbo, in cuius principio sic inquit Cicero. Quòd mihi difficilior est hic extremus perorādi locus. &c.

E X E M P L V M.

Quemadmodum legibus constitutum est, ipsaq; apud nos iudicia censuerunt, pendat legibus poenas is, cuius scelere nec leges fuerant amplius permansuræ. Quod

Ex contra-
rio.

Expositio
rei.

pra-

*si præsenti absolutus iudicio æquabiliorem populo se-
se foret præbiturus, esset forte quod quis illi remitte-
ret pœnam. Quum verò elapsus in præsentia, sit lon-
gè violentior futurus, iniustum certè fuerit futuræ ty-
rannie rannidis initium præsenti delicto cōdonari. In reliquis
autem fortasse non magnū iudicium periculum fuerit, si
quanius nocentem impunitum patiamur elabi. Tyranni-
dis verò affectatae si absoluatur, certum est ad iudi-
ces præcipuum pertinere discriumen, quos cum ipsis iu-
dicijs sublatum iri constat potiente rerum tyranno. Vi-
demini autē mihi, iudices, in eius solū, quod in præsen-
tia est, contemplatione, mentem habere defixam, virtu-
tis severitatisq; maiorum nostrorum oblitis: quorum iu-
stius erat reputare animoq; proponere sententiam, qui
nobis velut maximum incomparabileque munus rempu-
blicam omni dominatione solutam reliquerūt. Optime
quidem illi atq; rectissimè. Quando enim fortuna ipsa
varietate sua inconstante se diuersamq; hominibus præ-
bet, proinde mentes quoq; hominū ad recte secūs q; agē-
dum multiplici flexu trahuntur. Hinc inæqualitatib; for-
tunæ, legum inæqualitatem opposuerunt, instituerūt q;
Rempub. velut unam ciuium omnium sententiā facien-
tes, vt fortunam nunc premente res cuiusq;, nunc ex-
tollentem, legum constantia æquaret. Cuius iste aut im-
memor, aut contemptor potius, scelerissimo secū consi-
lio instituit, vt Rempublicam deleret: taliq; secū dis-
serebat: Quod sum hoc ergo per deos immortales: su-*

Digresio
coniectura-
lis.

praœs positus, omnibus me patiar equari? Frustraq;
permitto cumulare opes mihi fortunam, si eadem que
reliqui faciam, eadem feram: & collecti pauperes iudi-
cant quod pauperibus videtur. Lex est, mibiq; prefer-
tur, quoniamq; ergo hæc aut quis erit his modis? Occup-
abo arcem, & pessimè perituras longè abigam leges,
erog reliquis ego lex potius, quam reliqui mibi. Hæc
secum ipse cogitabat: modum verò votorum suorum
finem assequutus est: obstitit enim benevolentia deo-
rum. Quid ergo? non iniquissimum est, si propter ea que
frustra conatus est, summam dij's gratiam debemus,
propter eadem hæc hunc hodie conseruari? Sceleratus est homicida, sceleratior tamen multo tyrannus.
Ille enim vnum, quisquis is fuerat, perimit, hic verò to-
tas cœuelli ciuitatis fortunas. Quantò ergo minus est
parum offendere, quam occidere omnes: tantò contrà
eo qui hominem occidit, grauior est tyrannus. In alijs seretiis vel-
autem reis euonit plerunq;, vt tametsi grauiissima ad-
mens, mentem eximât delicto, animoq; defendatur.
Sonus autem tyrannus fiduciam non habet, vt innatum
se dicere queat, tantum scelus suscepisse. Namq; si ini-
tus tyrannidem aggredieretur, esset fortasse ratio ali-
qua huius ipsum conatus absoluere. Verum cùm ante
attentatam rem, multum secum diuq; deliberauerit, quo-
modo iniustum cuiquam videbitur culpa carere ipsum qui
ante opera mente quoq; factus est tyrannus? Alij er-
go quicunq; in ius vocantur, praesentis solum criminis
rationem

rationem reposuntur: & propter prioris vitæ recte facta, plerūq; præsentibus ignoscitur. Solus vero iste vtriusq; temporis iudicium subeat oportet. Lasset enim immoderata præterita tulisse ipsum, quibus ad tantum flagitij peruenit: & præsentia certè præteritis longè sunt molestiora. Itaq; utrorunq; det poenas, & eorum quæ antè, & eorum quæ præsenti sceleris conatu Misericordia occurrunt. Libet autem videre, cuius preces præsenti ipso deliquerit. Libet autem videre, cuius preces præsenti ipsa occurrunt. sum discriminare sunt excepturæ. Libet nempe? Verum quum supplicantes vobis flentesq; illos videbitis, putate assistere vobis leges, quarum vos respectu moueri multo rectius est, quam liberorum ipsius. Illos enim sperate dominationis fuerat relicturus heredes: leges vero q; iudicandi decernendiq; de ipso potestatem habetis, præstant. Itaq; per quas quod iudices estis, vobis datur, pro Legitimum eis iustius fuerit vos suam ferre. Si enim recte leges iubent eos qui patriam liberant, honoribus prosequendos esse: re inquitur necessariè, vt qui in seruitutem deducere ipsam conantur, puniatis. Iustum autem est, vt tantum vobis det poenarum, quantū ipse sceleris admisit. Proderitq; corruens tyrannus, statum enim legum confirmabit. Expeditum autem de ipso sumere supplicium. Neq; enim quemadmodum ipse ad afferendam tyranni dem satellitibus, ita vos ad depellendum ipsum auxilijs opus habetis, sed sufficiet iudices sola vestra sententia Honestum. cutus quum à Repub. ius potestatemq; acceperitis, pulcherrimum quoq; erit pro reipublicæ salute ipsam experiri:

periri: facilijq; cognitione totam hanc præsentem tyranidis potestatem auferetis.

S C H O L I A.

Quando enim fortuna ipsa.) Locus corruptus est: verba Græca ad verbum accipe. Quoniam autem aliquando diuersa hominibus fortuna solet accidere, & hominum mentes euertere: corrigentes fortunæ inæqualitatem legum equalitate, leges inuenient, vna erga omnes ex ipsis sententiam componentes. Et hoc est ciuitatibus lex, correctio malorum quæ fortuna perpetrat.

Laus.

V I I I.

Laus est oratio, bona alicuius enumerans. Laudandæ vero sunt personæ, res, tempora, loci, ratione carætia animalia, & plantæ. Personæ, vt Thucydides, aut Demosthenes: res, vt iustitia aut temperantia: tempora, vt veræ festas: loci, vt portus, horiti: bruta animalia, vt equus, bos: plantæ, vt vites, olea. Laudamus vero, & communiter, & singulatim. Communiter, vt omnes simul Athenienses: priuatim, vt Athenensem unum aliquem. Haec vero diuisio est laudis. Dispones autem diuisio laus ipsum hoc pacto: primum procemium pro qualitate rei pones. Inde subiecties genus, quod dividitur in gentem, patriam, maiores, & patres. Post id educationem explicabis, quæ institutione, arte, & legibus continetur. Hinc præcipuum laudum omnium caput subdes, res gestas, quas diuides in ea quæ sunt animi, & quæ corporis sunt, & quæ fortunæ. Animi, vt quæ fortitudi

C. nis

nisi sunt, quæ prudentiæ. Corporis, ut decorum, velocitatem, robur. Fortunæ, potentia, amicos, opes. Addes deinde comparatione, qua id quod laudatur, altericollatum tollatur in maius. Postremo epilogo, qui preicationi similior sit, concludes.

S C H O L I A.

Ex Græco multa desunt, quæ sic restituuntur.
Εγνώμονες. id est. Laus est oratio bona quæ alicui insunt enumerans. Dicitur autem sic quod antiquitus Επωνύμοις. id est in vicis canebatur. Nam κώμες angipotus dicebant antiqui. Differt encomium ab hymno & epæno, quod hymnus deorum est, encomium autem mortaliū: Epænus quoq; paucis absoluitur, encomiu vero ex artis præceptione dilatatur.

EX E M P L V M.

proæmium Thucididis laus. Digni sunt quos laudibus prosequamur, qui utilia vitae inuenierunt, atq; quorum industria pulcherrima rerum facta sunt locupletiora: et inuenienta honesta illorum ingenij accepta referri par est, qui ea in lucem protulerunt. Merito ergo Thucydides oratione mihi celebrandus est, qui ipsi plurimum attulit ornamenti. Omnes enim de vlla humanarum rerum parte bene meritos æquum est venerari: Thucydidem verò eo magis, quod pulcherrimo omnium illustrando curam suam impendit. Neq; enim quicquam eloquentia pulchritus, neq; Thucydide quicquam bene dicendi gloria præstantiore inuenire est. Natus autem Thucydides

des eam

des eam est patriam, quæ et vitam pariter illi erat patriæ ditionem præberet. Neq; enim alio in loco natus est, quam vnde omnis benedicendi ratio profluxit: origine que vita fortitus Athenis, reges generis habuit sui auctores. Itaq; ab ultima protinus origine, clariore maiorum fortuna est illustratus. Vt rāque ergo habens, et generis amplitudinē, et ciuitatis statum popularē, quod clarior vtrinque fieret, est ab utroq; adiutus. Ne enim ad iniustas opes potestiamque delaberetur, et qualitate legum prohibitus est: neque in obscura reliquæ plebis vilitate delitesceret, felicitate generis est consequutus. Talibus igitur procreatus, in repub. interque leges educatur, quas certè optimas esse vitæ magistras in confessu est. Inter leges autem armataque viuere instituens, eruditio simul atque ret militari operam dare decreuit: neque studia in armis deserens, neq; arma, ut præcipuam prudentiæ partem, relinquens: vnoque conatu duarū diversarumq; artium curam habebat, coniungens ingento pariter ea quæ natura sunt separata. Vt tandem ad virile peruenit robur, occasionem quæsiuit proferendis eis quæ pulchre fuerat in ætate meditatus. Nec defuit causa res gestæ, bellumque protinus est ortum: ipseq; res ab vniuersa gestas Græcia literis complexus, posteritati mandauit conservator eorum et velut instaurator, quæ bellorum deleuit iniuria. Nec passus est quod quisque gesit, temporū situ aboleri. Ex ipso ergo cognoscitur captiæ esse Platæam, scitur Atticæ esse vastatæ. Tenerit lib. 2. or. 3.

APHTHONII SOPHISTAE

Libr. 2. Atheniensium clasibus Peloponesei oras esse neutgatas. Certatum est nauali pugna apud Naupactum: nō
 Libr. 1. est nos Thucydides id passus latere. Lesbus ab Athenienibus est capta, id quoque ab ipso indicatur. Cum
 Libr. 3. Ambraciots pugnatum est: hoc & ne diuturnitas
 Lib. 4. et 5. aboleret, effecit. Iudicium Lacedæmoniorum non igno-
 Lib. 4. natur. Sphacteria & Pylus ingentes Atheniensium
 Libro. 1. labores non latent. Concionantur Corcyrae Athene-
 Lib. 4. nis, Corinthij ipsis contradicunt. Aeginates accusa-
 turi Lacedæmonia proficiscuntur. Iam verò à belli con-
 Lib. 1. & 2. silio Lacedæmonios Archidamus absterrens, contra
 Sthenelaides ad bellum suscipiendum impellens. Ad
 Lib. 1. & 2. hæc Pericles legationem Laconicam contemnens, neq;
 passus deficere animo propter pestilentiam Athenien-
 ses. Cuncta hæc, Thucididis opera, ingenioq; in omne
 ænum ab obliuione vindicantur. **Q**uis autem Herodo-
 Lib. 1. & 2. tum ipsi comparauerit? Ille enim ad voluptatem leg-
 titum scripsit, hic omnia ex rebus ipsis atq; veritate de-
 prompsit. Quanto vero quod ad alienam fit gratiam,
 infra id est, quod fit ad veritatem: tanto post se Thu-
 cydides Herodotum relinquuit. Erant alia quoq; per-
 multa, quæ de Thucydide dicerentur, nisi quò minus
 omnia diceremus, laudum illius nobis obstatret multi-
 tudo.

SCHOOLIA.

Iudicium Lacedæmoniorum. In Græco sic. Iudicium
 Lacedæmoniorum iniustum non ignoratur.

ALIVD

PROGYMNASMATA.

25

ALIVD EXEMPLVM.

Sapientiae laus. Sapientiam adipisci, felicitatis est, preeminentia
 Laudare autem pro dignitate ipsam, maius est quam
 ut nostris id viribus assenti possimus. Tantum enim il-
 li superat gloria, ut commune quoddam deorum immor-
 talium bonum esse credatur. Quum enim deorum unus
 quisq; velut descriptam officij sui tueatur partem,
 Iuno nuptijs praesit, bellis Mars cum Pallade, Vulca-
 nus inter ignes fabriles suas exerceat partes, ducat na-
 uigantes Neptunus, & quisque aliud sibi vendi-
 cet, sapientiam in commune sibi afferunt omnes: præci-
 piè vero præ omnibus Jupiter, quanto reliquis maior
 est, tanto omnium quoq; sapientissimus existimatur:
 unaq; sapientia est, quæ vel maxime eternam iout pre-
 stat potestatem. Et dij quidem natuam ipsam cognos-
 tamq; sibi habent, munere autem ipsorum in terras quo-
 que delata est, & deorum filij, hominum ipsam generi
 intulerunt. Quamobrem merito laude prosequendi mihi
 videntur poetæ, qui Palamedem Nestoraq;, & si
 quis alius sapiens olim fuisse canitur, deorum fuisse fi-
 lios tradiderunt, non quidem illi vano commento deo-
 rum naturam velut permuteare conati, quam ne dij qui-
 dem ipsi permuteare possent, sed generis permixtione
 communicationem indicantes virtutis: ut qui diuina
 quadam cæteris admiratione præstarent, deorum filij
 crederentur. Nec immerito illorum in deos referebât
 genus; quorum sapientia maior quam humana, origi-
 nem

C 3 nem

Ab opera- nem videbatur affirmare diuinam. Sola autem ipsa in
tionibus sa- vtroque rerum statu æquas habet vires. Nam reliqua
pientie. rum rerum alia bello solum probantur, alia laudamus
in pace. Sapientia vero præcipua est vtriusq; tempo-
ris moderatrix. Sic in bello versatur, tanquam prorsus
artium pacis ignara: sic pacem continet tanquam nūquam
agitata strepitu bellorum. Deniq; tam aptè vtriq; se
accommodat, vt in vtro horum æstimes, et soli videatur
esse dicata. Fert pacis temporibus leges, & omni tran-
quillitatis vtitur more: in bello vero victoriam præbet.
Neq; armis solum superiorem facit, sed in concionibus
quoq; præstat iniectum. Itaq; & inter bellantes, & in-
ter pacatos sola præcellit, primisque sibi vendicat sa-
pientia. Sola quoq; diuinitatis proximè exprimit simi-
litudinem. Sola enim velut Deus futura pspicit. Quin
ipsa quoque terram agricolis attribuit, nauigantibus
assignauit mare: adeo non fruges colligere sine sapien-
tia, non nauem nisi sapientis gubernatoris presidio fre-
ti ascendere auderemus. Itaque quicquid exhibet mare,
quicquid hominum vñibus terra profert, meritò sapien-
tiæ munus cuncta censemur. Ne cœlum quidem, & si
quid secretius in ipso latet, dimisit in occulto: quantum
Solis se porrigit ambitus, quod spaciū stellarū una-
queq; circumscribit, ipsa peruestigavit. Desperit intra
terra etiam: & quo pacto vita defuncti agenus, ipsa
nobis aperuit. Trojam, quam capere temporis diuturni-
tas non potuit sapientie astus subegit: & omne Per-
sarum

sarum potentiam, vnius Cyri consilium parauit. Cyclo-
pis oculus erutus est prudenti Vlyssis inuento. Sicq;
quicquid est quo quisquam vincat, ab ipsa sapiëtia de-
rinuat. Quis ergo ipst̄ fortitudinem comparasse velit,
quum quicquid viribus fieri possit, ipsa etiam sapientia
præstet. Adeoque si ipsam fortitudini ademeris,
per se fortitudo culpanda videatur. Erant & mul-
ta alia quæ de sapientia dicerentur, nisi maiora essent
quād quæ possent modica oratione complecti.

S C H O L I A.

Et omnem Persarum potentiam vnius Cyri.) Græ-
ca sententia multo aliter se habet, sic: Et Persarum vnu-
uersam potentiam dissoluit, per vnum decernens cō-
silium. Ut verba possint intelligi de Alexandro Ma-
gno qui Persas acie superauit, aut de Aristide quo du-
ce Persæ victi fuerunt. Agricola cum legisset Kυρεσον. i.
decernens vel firmans, emendandū duxit κύρον. i. Cy-
ri, qui Persarum rex fuit, & tamen Persarum imperiū
auxit, non destruxit.

Vituperatio.

I X.

Vituperatio est oratio quæ mala alicui i: sunt com-
pletens. Differt autem à loco communis vituperatio,
& locus cōmuni poenas exposcit, vituperatio vero solum
habet velut nudum conuitum. Diuiditur autem in ea-
dem capita in que laus, possunt q; vituperari eadē om-
nia, que & laudari: personæ, res, tempora, loci, bruta
animalia, atq; plantæ. Vituperamus vero & communi-
ter & singulatim. Vbi vero proœmiū feceris, adiun-
ges.

ges genus : quod diuides eadem qua in laude, ratione deinde educationem, et res gestas, et comparationem et epilogum ita facies, quemadmodum in laude.

EXEMPLVM.

^{proemium} Neg^r; virtutem merita laude frustrari rectum est, ne que itidem sine reprehensione dedecora relinqui: quoniam si non ita fiat, id quod præcipuum est amborum præmium, vtriq; auferatur, laudandis quidem gloria recte factorum, vituperandis vero scelerum turpitudo. Omnes autem male audire æquum est, qui malos sese præbuerunt: tanto magis vero omnibus Philippum, quod omnes improbos longè omni scelere superauit. Natus enim est ex ea gente, que pessima est omnium barbarorum, et que non certis consistere sedibus potuerit propter ignaviā, sed coacta sit locum ē loco permutans, varijs erroribus iactari. Argui enim primum ipsos finibus exturbauerunt: hinc diu vagi, ad eam tandem quam nunc incolunt regionem perlati sunt. Duplici itaq; infœlicitate implexi, et quod melioribus coacti sunt cedere, et quod in imbecilliores violenti iniustiq; fuerunt, nunquam tutò habitare, aut vacut metu agere potuerunt. Hac ex gente natus, viuore adhuc pro modo ortus est vrbe. Ut enim ultimi barbaroru^m sunt Macedones, ita Pella Macedonię vrbs est postrema, ex qua ne quum mancipia quidem acceperint homines, tanti putant. Hac ergo progenitus patria, maiores habuit patria ipsa longè magis pudēdos. Philippus enim ^{census.}

^{Patria.}^{Maiores.}

inter maiores ipsius fuit, propter generis dedecus, quo minus rerum potiretur, prohibitus. Hinc Amyntas pater ipsius, ut regnaret, alienis opibus fuit fulciēdus: expulsum enim Athenienses reduxerunt. Tali igitur ortus patria, tales sortitus generis autores, apud Thebanos moratus primum obses fuit. Nec quanuis media in Græcia versaretur, mores convictu mutans ad meliora deflexit, sed barbaricam semper impotentiam inter Græcam retinuit institutionem. Quumq; sit omne humanum genus in Græcos atq; Barbaros diuīsum, ipse velut ex vtrisque commixtus similem improbitatem in dissimilibus gentibus exercebat. Orsus ergo primū ^{Res gesta.} à cognata gente, ipsam subegit, velut à perfidia rerū suarum initia auspicatus. Inde et finitos aggressus populos, perdomuit: captisq; deinde Pæombus, Illyricos est adeptus. Triballorum quoq; gentem inuadens, et quicquid præterea in proximo erat terrarum, omnia uno velut impetu deuicit. Et corpora quidem barbarorum pugnando cepit, mentes autem cum corporibus nequiuuit capere: verū defectionem meditabantur quanuis armorum metu seruirent: erantq; liberi animo, licet præsenti terrore premerentur. Subaltis ergo finitimis barbaris, continua via Græcos inuasit: primūq; ad Thraciam positas vrbes occupauit, cepitisq; Amphiopolim, Pydnam subegit, istisq; Potideam adiunxit, neq; Pheras extra Pagaseos, neq; Magnessam extra Pheras ducens. Sed cunctæ Thessalorum capiebantur

D vrbes,

vrbes, & velut generis mercedem seruitutem ferebat.
Dignum sanè fuerit, exitum quoque ipsius recensere.
Postea enim qui pleraq; quæ inuasit, oppresserat, subie-
cerat q; contra foedera eos qui fuerant foederibus de-
uincti, offensi violatis foederum sacris dij, conuenientē
perfidiæ illius finem dederunt. Neque enim pugnantē,
atque in acie, vt testes mortis suæ spectatoresque viros
fortes haberet, ipsum occubere voluerunt: sed medijs
obruerunt voluptatibus, conueniens Philippi sceleri-
bus funus exhibentes ipsas voluptates, quò documentū
int̄perantiæ illius viuo morientique præberent. Quis
autem est qui Echetum illi putet posse conferri? Eche-
Comparatio
tus enim præcisissimis extremis aliquibus corporis membris
relicquum saltem corpus reliquebat: at Philippus to-
tos cum corporibus ipsis homines perimebat. Quanto
que sœniusest totum deleri hominem, quām partem ali-
quā auferri, tanto pernicioſior est Echeto Philippus.
Desinere autem à sceleribus suis Philippus nesciebat,
cum mihi victo magnitudine scelerum illius; neceſſe fit
vt desinam plura de ipsis facere verba.

S C H O L I A.

De Philipo Alexandri Magni patre videndus Iusti-
 tius lib. 8. & 9. Et Paulus Orosius lib. 3. cap. 12. Et Plu-
 tarach. in Alexandro. Et Thucidides lib. 2.

Vt enim vltimt) Græcē χέρισο.i. pessimi.

Pella Macedonia vrbs est postrema) Græcē φαυλό-
τατοφ. i. improbissima.

Apud

Apud Thebanos moratus) in Græco Athenienses
 non Thebanos inuenio, credo tamē veriorem lectio-
 nem Thebanos ex citatis autoribus.

Sed barbariam semper impotentiam) impotens ille p
 prie est, q; sibi non pōt imperare, & q; dolori vel iracū
 diē succubit, q; alio modo dī incōtines, aut effrenatus,
 sicq; apud Horatiū accipit. 1. Carmi. oda penultima. *Educatio.*

Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum, quodlibet impotens
Sperare.

Cicero. 5. Tusc. sic distrahuntur incōtrarias partes im-
 potētium cupiditates. Idem. 4. Tusc. Color, vox, ocu-
 li, Spiritus, impotentia dictorum atq; factorum quam
 partem habent sanitatis?

Captisq; Pœonibus, Illiricos est adeptus, Triballorū
*quoq;) Pœones sūt Macedonib⁹ finitimi, aut ipsi Ma-
 cedones (vt inq; Homeris scholastes li. Iliad. 10.) aut, eo
 dē referēte quos nūc vocamus Pānonios. Vide Pl. li.
 4. cap. 10. scribendū vero Pœones nō Pœones. Illirici
 sunt iu sinu Adriatici maris, nūc dicuntur Sclauones.
 Triballi, Illiricorum genus est.*

Cepitq; Amphipolim Pydnam, Potidæam.) vrbes
 sunt Thraciæ. Prima in sinu Strimonico, secunda in
 Thermaico, Potidæa inter vtramq; vbi est Pallene.

Neg. Pheras extra Pag.) Obscure ad modum dixit.
 fortasse que, nec mendo vacat locus. Pheræ oppidum
 est Thessaliæ. Pagasa item. Magnesia non oppidum,
 sed puincia est inter Macedoniā & Thessaliā, nō. igit
 video qūo possit ordo constare. In regione Magnesia

D 2 Methone

APHTHONII SOPHISTAE

Methonē oppidum est, quod cū obsideret Philippus sagitæ iictu oculum amiat, quam iecerat Aster oppidanus cum huiusmodi inscriptione. Aster Philippo mortiferum mittit telum.

Quis autem est qui Echetum? Echetus (vt Didymus ait Odyss. 18.) rex erat Epiri, qui filiam Metopem siue Amphianassam ab AEchmedio vitiatam obsecrās ferreum molere hordeum coegit. Tum demum se vi-sus illi restituturum dicens, cum illa ferreum hordeū pertruiisset. AEchmedicum autem ad epulas inuitās, extremis corporis partibus mutilauit, pudendaq; re-secuit. Postea vero insania correptus, proprijsq; carni bus exsaturatus, vitā exhalauit. Homeri carmina quæ idem canunt, sic Latine reddit Ferdinandus Sanctius meus frater. Loquitur autem Antinous ad Irum cum Vlysse luctaturum.

Sensibus hæc imis, nec inania verba, repone.

Hic si te valido potior certamine vincet:

Nigranti petere Epeirum te puppe iubebō,

Exitiumq; virorum Echetum, regna illa tenentem:

Qui nares, auresq; tibi sœuo ære reuellet,

Et tua carniuoris canibus genitalia mittet.

Simile quiddam legimus in sacris Bibliis. Iudas enim aduersus Chananaeos electus dux, Adonibezec fugiē tem cepit, cui manuum ac pedum summitates præcidi iussit. Septuaginta enim Reges ad mensam Adonibezec amputatis manuum ac pedum summitatibus, more canum, capiebant cibum. Iudicum. i.

Comparatio.

X.

Comparatio est oratio ex collatione aliquid disqui-rens,

PROGYMNASMATA.

19.

rens, quo id quod comparatur, in maius extollat. Comparantur autem vel bona bonis, vel bona malis, vel mala malis, vel magna paruis, vel parua maioribus. Prorsusque comparatio duplē habet, vellaudem, vel vituperationem, vel alterutrum ex laude vituperatiōeq; compositum. Est itaque totus hic comparationis locus acer in primis, maximè vero parua maioribus conferens. Comparari vero eadem omnia possunt, quæ laudari possunt, quæq; vituperari: personæ, res, tempora, loci, pecora, atque plantæ. Non oportet autem comparantem totas res totis conferre (supinum enim est, eque nequaquam pugnax) sed capiti caput conferendum, cum diuidere totas, laudis sit mos, non comparationis. Comparatio autem in hoc non est posita, quando totū hoc præexercitamentum comparatio vocatur.

S C H O L I A.

Non oportet autem (non est (inquit) necesse, vt omnia minutatim exquiramus, caput Ciceronis cum De molthenis capite conferentes, manus cum manibus, pedes cum pedibus. Quod in laude solet aliquando fieri. Sed ea tantum veniant in comparationem, quæ non supinam & minime pugnacem orationē efficiat.

E X E M P L V M.

Volenti mihi virtutē conferre virtuti, cum Achil- proœmium le haud immerito componendus fuerit *Hector.* Sunt quidem ipsæ per se virtutes nimurum abunde honestæ, comparatæ et tamen admirabiliores videntur. Patria er- loca.

D₃ gonati

APHTHONII SOPHISTAE

Genus.

Educatio.

go nati sunt non eadem, laudata tamen vterq;. Ille enim in Phthia, unde Græcia ipsius primum prodij cognitum: hic verò Troiae, cuius habitatores deorum quoque primi fuerunt. Quod si pari natum esse loco, affert ali quid ad laudem, nihil quidē bac in parte Achilli post habendus est Hector. Nati autem vterq; præclara patria, parem quoq; generis habuerunt dignitatē. Vterq; enim ad Iouem originem suem initiumq; generis sui refert. Pelei enim filius Achilles fuit, Aeaci verò Peleus, & Acacus Iouis. Sic quoque Hector Priami, Priamus autem Laomedontis, & Dardani Laomedō filius, Dardanus quoque Ioue prognatus est. Progenitore autem Ioue nati vterque, reliquam quoque maiorū seriem habuerunt claritudine æqualem, Vt enim Achilles Acacum habuit & Pelea, quorum ille Græciā liberavit pestilentia, hic Lapithis deuictis, ob egregiā virtutem deae coniugium est assequutus: sic Hectoris Dardanus progenitor fuit, deorum primum dignus habitus conuictu: pater autem Priamus imperauit urbī, cuius muros ipsi quoque dij fundarunt. Quod si non minus est, quam deae sortitum esse coniugia, deorum, idq; optimorum mensa conniutoq; vsum esse, nihil est quod quisquam maiorum gloria Hectori præferat Achillem. Talibus autem vterque maioribus procreati, ambo ad fortitudinis sese studia contulere: & ille quidem à Chirone educatus est: huic Priamus ipse præceptor velut naturæ quadam via, virtutis monumēta tradebat.

Par

PROGYMNASMATA.

20

Par itaque similis j; educatio, parem vtrique conciliat laudem. Ut autem ad virile peruenere robur, eodem in bello par vterque animi virtutisq; specimen præbuerunt. Hector enim Troianos ducebat, solusque velut res gesta ob ex propugnaculumque ciuitati datus, tuebatur ipsam: stetitq; quam diu fauentibus dijs & auxiliaribus est vsus. Cadens deinde, ipsam quoque Troiam post se Mors. traxit atq; euertit: Achilles verò Græcorum præerat armis, terroreq; omnes vincebat Troianos, Palladis ful tus numine atque auxilio: occubensque spem victorie in reliquum abstulit Græcis, & ille quidem vicitus à Pallade interiit, hic autem cecidit ab Apolline confixus, natique ambo ex dijs, ambo quoque deos habuere mortis authores: vtque diuinitus generis initia, ita vita etiam exitum accepere. Quod si similis vtriq; vita Epilogus. fuit, similisque mors vtrunque abstulit, quid est quo nō Hector par sit, quoque cedere debeat Achilli. Plura erant quæ dicerem de vtriusque virtute, nisi quemadmo dum in his quæ dixi, ita in reliquis per omnia ipsorum gloria esset æqualis.

Ethopoeia.

XI.

Ethopoeia, id est (vt ita dicamus) imitatio, est expressio morū personæ propositæ. Sunt aut̄ tres ipsius species: idopœia, id est conformatio: prosopopœia, id est effictio: & eo quo diximus nomine ethopœia, id est sermocinatio. Est aut̄ ethopœia, que notam habes per Ethopœia. sonā, mores solū effingit, unde & ethopœia vocatur:

vt qua-

APHTHONII SOPHISTAE

vt qualia faceret verba Hercules Eurystheo sibi imperante, hic notus quidem est Hercules, dicentis vero effingimus mores. Idolopœia est, quæ personam habet notam, sed defunctam, & loqui non potentem, quemadmodum ēp̄ Δημoīs Eupolis finxit. Aristides in oratione v̄t̄r̄q; teat̄ d̄cōp̄. Vnde & idolopœia vocatur. Pro. sopœia est, quando finguntur omnia, & mores, & personæ, quemadmodum Menander fecit argumentum. Argumentum enim nec rem nec personam habet propositam: vnde prosopopœia est dicta, fingitur enim ipsa cum moribus persona. Diuiditur autem ethopœia: ethopœia nanque alia affectum exprimit, alia mores, alia vtrūq;. Ad affectum pertinet, quæ prorsus animi significat motū: vt qualia verba Hecuba faceret Troia subuersa. Moralis est, quæ solos exprimit mores: vt quid diceret mediterraneus primū conspicatus mare. Mixta est, quæ mores habet pariter & affectum: vt qualia loqueretur Achilles super occiso Patroclo, de bello deliberans. Mores enim consilium habet, affectum verò amicus occisus. Tractabis ethopœiam genere dicendi aperto, breui, florido, disuncto, omni flexu atq; figura remota: proque capitibus diuides tribus ipsam temporibus, praesenti, praeterito, & futuro.

S C H O L I A.

Hector Apollinis filius fuit, vt ait Porphyrius ex Ibyci poetæ testimonio, idque aliquibus in locis subindicit Homerus, creditus tamen & habitus Priami filius fuit.

PROGYMNASMATA.

21

lius fuit. Dictus Hector ab ἔχω .i. habeo etiam tueor, quasi Troiae conseruator, & murus.

Achilles, dictus est vel ab ἄχος, quod dolorem inuexerit Troianis, vel ab ἄχιλλεψ: quia medicus erat, vel ab α, priuatiua, & χιλῆς .i. nutrimento, quod non carne, vt alij sed medullis animalium sit enutritus à Chironе. Omnesq; hæ etymologiæ postulant, vt Achilles scribatur simplici.l. sed Aeoles solent consonantes cōduplicare, ita apud Homerum vtramq; reperias scripturam.

Priamus antea dicebat Podarces, sed capta ab Hercule Troia, ipse quoque parvulus captus fuit, & postea pecunijs redemptus, vnde dictus Priamus à πλαυσι, quod est emo.

E X E M P L U M.

Me miseram, quam aliam p̄æ alia deflebo calamita Niobes que tem: orbata nūc liberis, quibus antea fueram insignis? relapsens. Que copia infœlici mihi, ad quam redacta est inopia? Non sum iam misera vnius filij mater, quæ antea tam multis conspicua incedebam. At quanto satius foret sterilem fuisse potius, quam in lachrymas atque luctus fœcundam? Longè enim infœliciori sunt loco, hæ, quæ orbitatem suam deflent, eis quæ nunquam pepererunt. Hoc enim quod experimentum amoris filiorum sumpererunt, destitutis postea acerbissimum est. Sed infœliem me, quæ parem ei qui me genuit, sum experta fortunam. Orta enim ex Tantalo, qui coniunctu deorum fœteritū. ix, tandem ab ea est deorum amicitia euolutus, huius E quoq;

Futurum.

quoq; cladibus meis approbo me esse genus. Coniuncta enim sunt Latonæ, perq; hanc ipsam nūc his opprimor malis, & ipsius familiaritatem filiorum orbitate deploro. Hicq; mihi finis est cum dea coniuctus, vt in calamitatibus degam. Prius namque quām ipsi sum cognita Latonæ, fœlicior ipsa fui mater: vt autem sum illi notior facta, desolata sum liberis: quoru antea quām me nosset ipsa, insignifui multitudine beata, Iacet ille sexus vtriusque latus filiorum numerus, inopemq; melachrymarum fœlicitas efecit. Quò me vertam iufœlix? ad quæ deflectar? quod mibi ad tot defunctos liberos sufficiet sepulchrum? Miseram me, in tantis malis meis ipse quoque me deserit calamatum mearum honor. Sed quid ista queror? Certum est mihi Deos orare, vt in aliam vertant me naturam. Vnum misericarum mearum video remedium, vt in alicuius quod sensus vietq; sit expers, formam commuter. Sed vereor misera, ne & sic quoque, quanvis mutata, inter lachrymas agere non cesserem.

Descriptio. XII.

Descriptio est oratio, narratione id quod propositū est, diligenter velut oculis subjiciens. Describuntur autem personæ, res, tēpora, loci, bruta, animalia, & plantæ. Personæ, vt Homerus in Odyssaea ad Eurybaten,

odys. 19. Latus erat bumeris, ore ater, crineq; crispus.

Res, vt nauales pedestresque pugnæ, quemadmodū historicæ. Tempora, vt ver, aut aestas, differendo quām multi

multi i hisc proferat flores. Loci, vt Thucydides por. Libro. 1. tum Thesprotarum χειμένιον dixit, id est, hyemale, velut figura. Describētes verò psonas, à summis ad ima vsq; ire oportebit, id est, à capite ad pedes. Res verò ab antecedentibus, & eis quæ insunt ipsis, quæq; ex ipsis solēt prouenire. Tempora verò & loca ex eis quæ ipsis *Dimissio descriptiōne* continentur. Descriptionum autem alię sunt simplices, composite alię. Simplices, vt quæ pedestres, vel nauales explicant pugnas. Composite, vt quæ res pariter temporaq; coniungunt, veluti Thucidides, qui nocturnam in Sicilia pugnā describit. Simul enim & pugnā quomodo facta sit, & nocte quomodo gereretur, coprehendit. Oportet aut̄ describēre dicēdi figura uti tenui, & multiplicib; orationē variare schematibus, prorsusq; res imitari quas describit. EXEMPLVM.

Arces vrbibus in publicum sunt presidiū constitutæ. Sunt enim velut hostium arctrices, firmanturq; non magis ipsæ vrbibus, quām ipsas vrbes tinentur. Atheniæ sium autem arcem media Athenarum complectitur regio. Ea verò arx quām vrbis suę posuit Alexander, ob quam causam nomen habet arcis, ob id ipsum quoque vrbis additam esse, obuium est videre. Quod enim supra vrbem posita, ex summo tuetur ipsam, rectius hoc sibi conueniet nomen, quā ea qua gloriatur Atheniensis. Hanc autem sicuti se habet, ita oratione quoq; prosequemur. Clivus quidā medio è solo extollitur ingenti in sublime spacio se proferens, hunc arcem vocat

E 2 pro-

*Descriptio
arcis Ale-
xandria.*

propter utraque hæc, et quod hostes arceat, et quod sit in urbis arce, id est, summo, locata, via ad ipsam ducunt duæ sed dissimiles. Hac enim via est, illa verò patet ingressus; mutatisque proinde nominibus, id ipsum quod sunt, vocantur. Hac namque parte pedibus quamvis, paratus et expeditus accessus est, capaxque curruum via. Illi verò quæ curribus inuia est, additæ sunt scalæ gradusque supra gradum ex inferiori in sublime deducens: neque prius quam centenarium expleuerint numerū desinentes: idemque numeri est viæque finis. Vestibulum debinc gradus excipit claustris mediocribus obfirmatum, quatuorque sublimes et maximæ columnæ, quæ vias omnes ad unum deducunt ingressum. Columnis his alias minores, pluresque columnas domus obtendit, quæ colore vario conspicuæ, eximium præbent loco ornatum. Tectum autem diætæ in circulum circumactum, ingentem multiplicemque imaginem complectitur rerum. Introuenti autem arcem locus offertur quatuor eisdemque eis lateribus diuisus: proinde quoque tota edificij figura efficitur quadrata. Aula in medio est columnis inclusa. Eam porticus excipiunt, et eis quoque et equalibus diuisæ columnis, ita in medio dispositis, ut neutram in parte sint nihil quicquam deflexæ. Unaquaque autem porticus ad obliquam alteram finitur, et duplex est columna ad utramque porticum diuisa, ut illa quidem definat, bac vero rursum incipiat. Addita autem porticibus introrsum armaria, quibus libri reconduntur; eaque semper, si cui va-

cui vacet aut libeat legere aliquid, patent, totamque velut urbem ad philosophiae cultum adhortantur. Alia item loca sunt ad venerationem deorum vetustorum instituta. Tectum porticum auro distinctum, vertices columnarum ære fabricati, auroque superne inclusi. Neque verò aulae simplex ornatus est, verum aliis atque aliis: quorum hic quidem Persei continet certamina, ille autem aliud. Media autem arce columnæ immensa altitudine se profert, quæ locum ipsum facit illustrem. Haud enim in promptu quis quo progrederiatur, habet, nisi indicem viarum hanc subinde respectet columnam. Quin et arcem ipsam terra marique conspicuum præstat, in vertice columnæ principia rerum, primaque elementa sunt expressa. Prius autem quam media transcurrit, edificium est quoddam pluribus ostijs patens, quorum cuique à deorum vetustorum aliquo est inditum nomen: duæ debinc pyramides lapideæ positæ, et fons profluens, Pisistratarum fonte haud paulò melior. Mirandum etiam id quoque spectaculum eò, quod eorum qui fabricati sunt arcem, velut uno tanto operi non sufficiente, numerum nominaque comprehendit, duodecimque pariter in ipso arcis fastigio conspicuntur artifices. Descendenti autem ab arce mollis offertur locus, stadio assimilis: idque ipsum locum est nomen. Alia item parte aliis quoque ad similia accommodus, non tamen ad placum ferens. Et ornatus sane arcis pulchritudoque maior est, quam ut paucis narrari possit. Quod si quid pre-

termisimus, admiratione rerum in se rapientium animū est effectum. Sed & quæ pro magnitudine explicari non poterant, ea relinquere satius est visum.

Thesis.

XIII.

Divisio con- Thesis, id est consultatio, est rei alicuius inuestigandæ per orationem disquisitio. Consultationum autem *sultationū*. aliae ciuiles sunt, aliæ contemplatiæ. Ciuiiles sunt, quæ actionem habent ciuitati accommodatam, velut. Adducenda vxor sit, an nauigandū, an muri faciendi. His enim omnibus ciuitatis status continetur. Contemplatiæ verò, quæ ad solam animi considerationem pertinent, videlicet, An globosum cœlum, an multi sint mundi. Hæc enim in usum hominibus non veniunt, sed mente sola peruidentur. Differt autem consultatio ab hypothesi, id est causa, quod causa definita est, consultatio verò indefinita. Definitio autem fit persona, re, causa, & reliquis, ut Muri sint ne faciendi, perquisitio est sine persona. Quod autem inuidentibus Persis Lacedæmonij consultant muro Spartam circundare, causa est. Personam enim habet, Lacedæmonios deliberrantes: rem murum Sparta addere: causam verò inuadentes Persas. Prima autem omnium præexcitamentorum consultatio contradictionem & solutionem veritate propositum quæstio capit. Diuiditur thesis primùm eò quod vocamus aggressum, quā procemij loco pones: hinc finalibus veteris capitibus, legitimo, iusto, vili, & possibili.

EXEMPLVM.

Si quis-

Si quisquam omnia pariter laudare volet, is mihi matrimonium laudet. Demissum enim ex cœlo est, ipsumq; rursus cœlū deis impleuit, eosq; procreauit, quorum munere paternum hominibus tribuitur nomen: eidemque quos progenuit, dedit rerum naturam tuendā. In terras autem acceptum, reliquis omnibus originem dedit: quæq; singula natura sua fluxa caducaq; erant, ea stabiliuit posteritate, & eternitatemque ipsis successione adiuuenit. Primum autem maximè ad fortitudinem *Fortitudo*. subeūdaque constanter pericula homines impellit. Quoniam enim uxores liberosque defendit, pro quibus suscipiuntur bella, certum est eo quo ad sumēda arma horatur, eo quoq; vt erecti bellorum euentus subeamus, bortari. Quin iustos etiam, nedum fortes homines efficiunt. Cognitionum enim necessitudines iuraq; tribuit, quorum respectu metuq; ab inferenda iniuria homines coercent: itaque iustitiam simul docet cum fortitudine. Sed & sapientes facit, quippe quibus charissimorum prudentia, pignorum inicit prouidentiam atque curam, quodque maximè quis miretur, ipsam temperantiā secum affert reperātiā: matrimonii, & in medijs voluptatibus modestiæ quoq; inuenit locum. Legem enim libidinibus præscribens, temperante fine voluptates coercent: queque ipsa per se accusatur voluptas, eam matrimonio coniunctā laudamus. Si ergo matrimonium deos dedit, & procreando portatatem omnem firmat: si fortes item iustosq; facit, & sapientes præstat & temperantes, quis est qui non pro virili,

virili, quatenus posset, ipsum sibi putabit esse laudandum? Sanè, inquit, sed calamitatum multarum matrimonium est causa. Fortunam mthi videris, non matrimonium accusare. Quæ enim aduersa hominibus accidunt, eorum fortuna est causa, non matrimonii: at contra quæ lœta matrimonium tribuit, ea certè nequaquam fortunæ accepta possunt referri. Rectius ergo est matrimonij bona laudare, quam accusare mala quæ ex ipsa afferuntur fortuna. Nam verò si quis maximè humorum casuum aduersa volet matrimonio assignare, nihil tamen idcirco magis fugiendum erit. Num si qua reliquæ in rebus nos offendunt, ea continuò nos ab ipsa rum cura deterrebūt? Agedum singulas excutiamus artes: omnes habent aliquid quod quis accuset. Agricole procellis infestantur, grandine excutiuntur: non tamen si quos tempestas offendit, ideo statim agros relinquunt, sed perseverant colere. Neque nautæ, si quid ex cœlo accedit ipsis, continuò post tempestatem dissoluunt naues, cessantq; nauigare deinceps metu eorū quæ pertulerunt: verùm difficultates fortunæ tribuentes, ad opes quas mari parauerunt, reuertuntur. Bella etiā pugnæq; militantium absunt vitam: non tamen quia occubant aliqui, idcirco deserūt militiam: sed quia pugnantes ob fortitudinem laudantur, hoc ipso etiam q; ceciderunt, gaudent, & instantem fortunæ asperitatē præsentis gloriae bono rependunt. Neq; enim propter mala, meliora, fugienda sunt, sed bonorum causa, & asper-

asperrima perferenda. Nōnne ergo absurdum est, agricolas, nautas item & milites difficultates meliorū gratia tolerare, matrimonium verò nobis auersandum putare, quia habeat aliquid quod offendat? Sanè, inquit sed viduitatem mulieribus, puerisq; orbitatem effert. Mortis hæc mala sunt, hancq; nobis difficultatem circundedit natura, quam tu quidem accusare mihi videris quod non homines effecit ut dij essent, accusareq; matrimonium quod non dijs mortales cōiunxit. Quid insimulas matrimonium eorum quorum est apud mortem causa? Quir nuptiarum dicas, quod ipsius est naturæ? Patere perire eum qui natus est, quocunq; tandem pereat modo. Quid si occidunt homines, quia nati sunt, eadēmq; via coniungem viduam relinquunt, natosq; ex se filios faciunt pupillos? Quid hæc matrimonij dices culpi fieri, quæ solum ab ipsa fiunt naturæ? At ego è cōtrario orbitatem viduitatemq; puto matrimonio resarciri. Mortuus est illi pater eōq; nomine pūllus est: reddit rursus alium illi matrimonii patrem. Itaq; hoc malū nō ex matrimonio prodit, sed matrimonio occultatur, fitq; matrimonii nō causa orbitatis, sed abscondit potius ipsam, & instaurat. Sic viduitatem quoq; quā obitu mariti attulit natura, matrimonii nouis iterū nuptijs immutat. Quā enim mors reliquit viduā, hāc rursus matrimonii viro cōtūgit: atq; velut cōseruator muneris sui, ea q; dedit initio, ablata quoq; restituit. Auferre ergo viduitatem solet matrimonii,

contradic.
solutio.

epilogus.

nō facere. Pater quoq; morte liberis orbatur, rursumq; alios matrimonio asequitur: fitque secūdo matrimonij munere pater, cui id quod semel iam habuerat paternū nomen, erat ablatū. Quid ergo matrimonij bona in crimen ipsius conuertis? Videris mibi nō arguere, sed laudare nuptias velle. Quādo enim enumerare nuptiarum bona cogis, laudator matrimonij factus es potius quam reprehensor: vituperansq; matrimonii, vt recensēamus laudes ipsius adducis, causamq; præbes munera sua re cognoscēd nobis, eo ipso quòd crimina tua refutamus. Esto, inquit, sed laboriosa tamen res est matrimonium. Verum, sed labores quoque matrimonium soluit, & auferuntur per nuptias, quæcunque exercitos homines reddunt. Facilis quidem res est cum muliere sociari: quantulū autē virum in thalamo vxori coniungi? Iam quād in prōptu speratur puer, speratusque profert, & in lucem prodiens, mox patrem appellat. Addicitur deinde arti alicui discendæ, patrisque fit laborum particeps. In concionibus exinde versatur, pascitque in senecta patrem: & prorsus in quocunque res ipsa poscerit, aptum se expeditumq; præbet. Adeo non est oratione recensere quanta matrimonium afferat bona. Ingens ergo res est matrimonium, & deos procreans, & mortalibus ut dij esse videātur, successione præstas. Docetque operatos sibi fortia atque iusta, simulq; prudentialiam & temperatiām: quin & reprehensas aliqui voluptates honestas facit. Idcirco plurimi faciendum esse

esse matrimonium inter omnia facile constat.

SCHOOLIA.

Quoniam Theses eiusmodi sunt, quæ possint ad diētū magnā suppeditare copiam, Aristoteles em̄ teste Cicerone, Adolescentes ad copiam, in vtranque partē vt ornatius & vberius dicerent, in his exercuit: visum fuit, hanc particulam quoque latius quam in Aphthonio eontinetur exequi, vt adolescentibus latior quo possint decurrere campus aperiatur.

Thesis igitur principium aptè dicitur à Prouerbio sententia, vel poetæ alicuius versiculo. Tentemus id breuissimè in hac Aphthonij thesi.

Mirificè Dido apud summū poetam: Nō licuit (inquit) thalami expertē sine criminē vitā degere more ferę? Quanuis enim de infausto sibi matrimonio quæ ritur, tamen absq; matrimonio ferarū vitā esse putat.

Et verè: qui enim matrimonii nominat, omnia simul bona nominat. Hoc nanq; in superas arcēs illustres homines ituros, producit: qui mortales cū gignā i. vnde plus tur, in cœlicolarum naturam perpetuè victuri transformabuntur. Hoc peperit Heroas qui vitam inuenientes per artes excoluerunt. Huic deniq; omnia humana bona referri debent accepta.

Si subeunda discrimina, experiundi labores essent, possibile faceret viriliter, qui subiret, neque merita laude frustraretur: at quanta suauitas, quanta amoenitas in bene instituto matrimonio est?

Quod si exequi vellem amoris blādimenta, virgū- Ante rem. cularū & adolescentium lenes sub noctem susurros,

APHTHONII SOPHISTAE

In re. quantunque hoc sit ad virtutem irritamentum, cùm adolescentes excitantur ad fortia facta vt virginibus placeant, autore Platone, nunquam finis esset.

Post rem. At vero si quæ iam in ipso matrimonio commodates cernuntur, examines: nihil inuenies magis, aut utile, aut iucundum. Habis fidelem custodem rerum partarum, laborum & lœtitiae sociam, cuius consuetudine animi ægritudinem deponas. Et si quis casus lecto te affigit, est quæ assideat, fomenta paret medicū rogat. Et multa alia quæ breui gyro comprehendit, nequeunt.

Sed omnia superat voluptas illa, quam ex coniugij fructu decerpere licet, cum filios videoas florentes hominibus, & te senecta confectum reverentes, & nutrimenti præmia conferentes.

Hypotho- - At dices innumera sunt incommoda, quæ matrimonium circumuallant, ducenda funera natorum, robus aspiciendus amatæ coniugis.

Antipotho- Quasi res vlla sit tam vndique perfecta, quæ in modo careat. Accusa Solem isto nomine, quod capit dolorem faciat. Damna cōiuia, quòd multis, cruditate inde contracta, sint mortis causa.

solv. Si soli & primi essemus tam honestæ rei inuentores, non dubium est, quin maximis encomijs essemus celebrandi, quandoquidem qui Musicam, bellum, seram, falcem inuenere laudantur, vt sileam interim de vino, tritico, & oleo, longo interuallo matrimonio inferioribus.

Ab opti- Sed Moses, Abrahamus & reliqui illi heroes qui lu-
mo quoque men diuinæ legis in hominum vitam intuleré, nonne facta. authores nobis sunt istius instituti & orationis, ipsi quoque

PROGYMNA\$MATA.

27

quoque mariti?

Sed quid argumentor? Quid plura dispuo? quasi *A recepta-* gens vlla sit tam effera & immanis quæ ab hoc abhor *hominiper-* reat instituto. Cum præmijs propositis prudentissi- *suasione.* mæ ciuitates homines ad matrimonii compulerint.

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit: quæ *Natura.* mares & fœminas creauit, vt matrimonio iungerentur, vt quod ætas aboleret, repararet coniugium.

Quid quod omne ius violat, qui vitam, quam à ma *Ius huma-* riibus accepit, non transmittit ad posteros. Et alimē *num-* ta, quæ præstitere parentes, non præstat suis.

Sed quid rem manifestam colligo? cum neminem *Ius diuinū.* lateat matrimonium à rerum opifice Deo esse institutum. Cui repugnare, quid aliud est, quam Gigātum more bellare cum Dijs?

Sed vt alia desint, qui matrimonium de medio tol- *Necessariū.* lit, nonne exitium generi humano adfert? sine quo in- tra breuissimum tempus, omnia essent peritura.

Quare agite autoribus principibus viris, duce natu *Vtile. hone-* ra, imperante Deo, matrimonium tueamini, vnde vti *sum. Lar-* litas, honos, commoditates innumeræ vobis redun- *dabile.* dabunt.

Legislatio.

XIII.

Legis quoq; inductionem quidam exercitamentū esse
putauerunt. Est enim propemodum tota causa, non tan-
men omnia quæ in causa sunt, intra se continens. Af-
fert personā quidem, sed incertam, & non omnibus no-
tam: vnde & in consultationis magis est parte, quam
causæ. Quatenus enim figuram in se habet persone, su-
perat consultationem; quia tamen prorsus definitione

F 3 non

Diversis le- non habet, idcirco citra causam subsistit. Est autem du-
plex legis inductio, confirmatio positæ legis, atq; con-
ex Demo- futatio. Lex autem est inuentum deorum, communis cō-
stitionē. A stitutio ciuitatis, correctio vtrinq; erratorum. Diui-
nissima. *rifugitorum* prima. *stibencū* si autem inducendæ legis est ista. Tractabis eam capi-
tibus eisdem, quibus negotiale: legitimo, iusto, utili,
possibi. Proœmiū facies, postq; proœmiū subijcies con-
proœmium trariū: hinc capitibus prædictis vteris. Vnde ex hoc
exercitamētū à causa differt. EXEMPLVM.

Accusatio Nec mibi videtur per omnia lex ista laudanda: nec
legis iuben- rursus ea que scripta, prorsus reprehendenda credide-
tis adulte- rum in ipso rim. Quod enim pœna adulteris decernit, laudo planè,
adulterio q verò iudicium sententiam nō expectat, culpandū cer-
interfici. tē videtur. Si nang; largitionis metu, ne qua Iudices
corrumptātur, iudicia præuenit, suspicax nimirū est, &
inique nimium erga Iudices metis: si vero iusta indica-
re vos, quemadmodum facit iscerte, arbitratur, iniquū
esse constat, si lex Iudices quidē laudet, tollat autē iudi-
contrariū. candi potestatem. Aliæ sanè leges, quæcūq; demū eæ
sunt, & quæcunq; ratione perlatæ, discrepant fortè ab
alienæ ciuitatis legibus, sed ex alterius rursus legibus
cōueniunt. Hæc autē sola lex omnibus simul repugnat
ciuitatum institutis. Videmini autē mibi multo rectius
de hac lege cognituri, si omnia recenseatis consulta ve-
stra atque decreta: Duces bellorū, sacerdotia, plebisci-
ta, omniaq; adeo quæ ad rem militarem pertinent, iudi-
cum subeunt diligentiam. Fit q; dux ille, quem iudex cō-
stituit:

stituit: sacrificat, qui iudicii videtur: iustumq; decretū
st, quod populi sententia perrogatum est. Victores
quoque præmia non accipiunt bellorum, nisi iudicata. *Contradi-*
Quomodo ergo non absurdum est, omnia iudicium arbitrii
trium expectare, solum verò præsentem legem iudicium
subterfugere cognitionem? Sanè, inquit, sed magna
sunt mœchorū iniuriae. Quid autem? sicariorum an nō
ogè grautus scelus? quid proditores sicarij? quid itē
acrilegos præditoribus? an minus videlicet credemus
ocentes? Attamen quanuis deprehensus, iudicium sen-
tentiam experitur: neq; proditor pœnas dat, nisi decer-
iente iudice. Neq; perimitur sicarius, nisi eo qui accu-
at, coarguēte delictū: Neq; qui numinibus dicata præ-
ipuerunt, puniūtur antē quam iudex admissum cogno-
uerit scelus. Nonne ergo iniquum est, matora iudicium
vindictę reseruari, neq; quicquā eorū criminis loco, nisi
iudici liqueat, estimari: solum autē adulterū perire sine
disquisitione, de quo maximè omnium cognosci oportebat,
quāto rarius id cōtingere videmus? Et qd refert, *Contradi-*
inquit, occidā adulterū, an iudicibus tradam, si vtraq;
solutio. via morte pœnas luet? Hoc interest, scilicet, qd inter
tyrannum atque leges, quodq; inter Rempublicam &
regnum. Tyranni enim est promiscuè quæcunque libitū
fuerit occidere, legum verò non nisi cum qui antē sit iu-
dicio coniunctus. Hocq; vel hinc maximè liquet, quod
quæcunq; populus antē concionibus perquisierit, de ijs
postea iudicio cognoscitur. At leges ea quæ incerta
sunt,

Contradi-
ctio.
solutio.

sunt, puniunt tanquam deprehensa. Populus item disceptatione omnia atque contentione disponit, quò sint explicatoria omnia. Contra verò solus est pro omnibus, qui imperare & tyrannide gerere decrevit. Quid ergo? multumne intererit occidere adulterum, & iudicium sententijs puniendum tradere. Ad hæc quoque, qui per se adulterum occidit: seipsum arbitrum poenæ admissi sceleris facit: qui verò iudicibus tradit ipsum, penes illos vult esse potestatem iusq; animaduertendi. Neminem autem dubitare crediderim, quin equius sit, eius qui accusatur, arbitrium esse apud iudicem, quam apud accusatorem. Quinetiam qui suo arbitratu adulterum occidit, alterius rei gratia occidere ipsum aduersum se suspicionem relinquit. At qui iudicio exhibit, solum iusta sectari, præsentisq; sceleris dolorem videbitur vlcisci. Est, inquit, sed grauiores dabit poenas subito peremptus: alioqui enim medium ad iudicium usque vitæ lucrabitur tempus. At contrà porro habebit, si iudicetur. Acerbisimè enim iudicio destinatus deget: ipsa enim expectatio mali, malo ferè est magis acerba. Supplicium deinde repetitio poenæ cumulusq; videbitur, morieturq; saepe, qui iam pro mortuo habitus est, expectationemq; habebit exitu duriorem. Occisus autem de improviso adulter, non dolet: sensumque mortis, poenæ celeritas aufert. Insensibilis enim exitus, qui, antè quam expectetur, contingit: diu vero expectatus, vt semel solum fiat, exaggerat tamen metus diuturnitate tormenta.

tormenta. Age verò, si libet, considera hæc, conferq; iniicem. Ille per se ipsum occidit adulterum, nullumq; facit vltionis sue testē: alius iudicibus tradit, multosq; adhibet supplicio spectatores. Acerbior hanc dubiè vltionis modus, quicunq; oculis est plurium subiectus. Et optabilius alioqui adulteris, vt cūq; fuerit, occulte perire, opinionem apud plerosque relicturis, inimicitiarum causa esse occisos. Conuicto autem apud iudices crimine, indubitatam iam reus & nullis interpretationibus expositam sustinet poenam, & præter occultam illam mortem, apertā exploratāque Iudicū cognitionē. At grauis est adulter, omniumque scelerū magnitudinem supergressus. Coarguatur ergo prius, hinc occidatur: indiceturq; potius, quam poenas antè cognitionem incerto crimen pendat. Quæadmodū enim sublati adulterij certiore facient procreationē, neq; quisquā cuius sit filius deinceps dubitabit, vbi paterni nominis insidie adulteria fuerint adēpta: ita quum sit adulterū publica quædā rerum naturæ iniuria, publica quoq; sententia plectatur. Vereor enim ne adulter secreto occisus, multos post se alios relinquat. Quando enim nesciūt reliqui quare perierit, improbè facta nihilominus æmulabūtur: atq; hoc ipsum q; punitus est, timeo vt non finis sit, sed initium futurum malorum.

S C H O L I A.

Augustus legē Iuliā tulit in adulteros. A. Gel.li. 10.c.
23. adulterij iniquā legē adducit, ex orōne M. Caton.

G AV.

APHTHONII SOPHISTAE
AVTHOR IN NOMIMATVS
DE RHETORICIS.



nomen.
natura.

M N E S res iuxta Rhetoricæ
indagatione disciplinæ argumenta-
do confirmantur, aut ex eo quod per-
sonis, aut ex eo quod negotijs est at-
tributū. Ac personis has res attri-
butas putamus, nōmē, naturā, victum, fortunā, habitū,
affectionem, studia, cōsilia, facta, orationes, casus. No-
men est quod vnicuiq; personæ datur, quo suo quæque
proprio & certo vocabulo appellatur. Nam de nomi-
ne nonnunquā aliquid suspicione sive argumentatio nis
nascitur: vt si dicamus idcirco aliquem calidum voca-
ri, quod temerario & repētino consilio sit. Nameius-
modi nomina quasi indices morū hominibus sēpissimè
imponuntur. Ac de natura licet aliquantulum ducere
sufficiōes, cuius partes sunt plurimæ. Aut enim sexus
consideratur, vt virnē, an mulier sit: aut natio, vt Gra-
ius, an Barbarus: aut patria, vt Atheniensis, an La-
cedemonius: aut cognatio, quibus maioribus, quibus
consanguineis: aut etas, vt puer, an adolescens: natu-
grandior, an senex. Præterea commoda, aut incōmoda
considerantur, an natura data animo, an corpori, hoc
modo. Valens an imbecillus, longus an brevis, formo-
sus an deformis, velox an tardus, memor an obtusus:
pudens, patiens, an contrā; & omnia hæc quæ naturæ
sunt

PROGYNASMATA.

30

sunt attributa ad aliquā coniecturam faciēdam. Et ex vietū.
victu multæ trahuntur suspicione, cùm quemadmodū,
& apud quos, & à quibus educatus & eruditus sit,
quæritur, & cum quibus viuat, quaratione vitæ, quo
more doméstico viuat. Et ex fortuna sēpe argumenta Fortuna,
tio nascitur, cùm seruus an liber, pecuniosus an pauper
nobilis an ignobilis, felix an infelix, priuatus an in po-
testate sit, aut fuerit, aut futurus sit, consideratur: aut
denique aliquid eorum quæritur, quæ fortunæ esse at-
tributa intelligantur. Habitus autem quod in aliqua Habitum.
perfecta & constanti animi, aut corporis absolutione
consistit, aut virtutis, aut artis alicuius perceptiæ, &
item corporis aliqua cōmoditate, non natura data, sed
studio & industria comparata, ipsa causa positadoce-
bit quid hic quoq; locus suspicione ostēdat. Affectio Affectio.
est animi, aut corporis ex tempore aliqua de causâ com-
mutatio: vt lætitia, metus, cupiditas, molestia, morbus,
debilitas, & alia, quæ in eodem genere reperiuntur. Et
ideo affectio quidem ratio perspicuam solet per se
gerere coniecturam, vt amor, iracundia, propterea q
& illorum vis intelligitur & quæ res harum aliquam
rem consequantur, facie cognitæ sunt. Studium autē, studium.
quod est animi assidua & vehementer ad aliquam rem
applicata magna cum voluntate occupatio: vt philoso-
phie, poeticæ, geometriæ, literarum. Facile ex eo duce-
tur argumentatio eius quod res in causa desiderabit.
Item ex cōsilio sumetur aliquid suspicione. Nam con- Consilium.

G 2 silium

silium est aliquid faciendi non faciendive excogitata
^{Facta casus} ratio. Facta autem, & casus & orationem, tribus ex
^{orationes.} temporibus considerabimus: quid fecerit, aut quid ipse
 acciderit, aut quid dixerit: & quid faciat, quid ipsi acci-
 dat. quid dicat: aut quid facturus sit, quid ipsi casurū
^{Negotijs} Negotijs ^{qua sit} usurus ratione. Negotijs que sunt attributa,
^{tributa.} partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in
 gestione negotij considerantur, partim adiuncta nego-
 tijs sunt, partim gestum negotium consequuntur. Con-
 tinentia cū ipso negotio sunt ea quae semper adfixa esse
 videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Ex his
 prima est breuis complexio totius negotij, que sum-
 mam continet facti, hoc modo, Patris occisio, patriæ
 proditio est. Deinde causæ eius summæ, per quam, &
 quamobrem, & cuius rei causa factum sit, queritur.
 Deinde in ipso genere negotij, quid actum sit, deinde
 quid postea factum sit. In gestione negotij, qui lo-
 cus secundus erat, de his que negotijs sunt attributa,
 queritur: locus, tempus, modus, occasio, facultas. Lo-
 cus consideratur, in quo res gesta sit, ex oportunitate
 quam videtur habuisse negotium administrandum. Ea
 autem oportunitas queritur ex magnitudine, interual-
 lo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate,
 natura ipsius loci, & vicinitatis, & totius regiois.
 Ex his etiam attributionibus, sacer, prophanus, publi-
 cus, privatus, alienus, an ipsius loci sit de quo agitur,
^{tempus.} locus sit an fuerit. Tempus autem est id quo nunc uti-
 mur.

mur. Nam ipsum quidem generaliter definire difficile
 est, pars quædam æternitatis, cum alicuius anni, men-
 strui, diurni, nocturni, spatij certa significatione. In
 hoc & quæ præterierint, considerantur: & eorum ip-
 forum quæ propter vetustatem absoluunt, aut incre-
 dibilia videantur, ut in fabularum numerum reponan-
 tur, & quæ iam diu gesta, & à memoria nostra remo-
 ta, tamen faciunt fidem verè tradita esse, quod eorū mo-
 numēta certa in literis extet: & quæ nuper gesta sunt,
 quæ scire plerique possunt: & item quæ instent in præ-
 sentia, & cùm maxime fiant: & quæ consequantur: in
 quibus potest considerari quid oxyus, quid serius futu-
 rum sit. Nam saepe oportet commetiri cum tempore
 negotium, & videre, potueritne aut magnitudo nego-
 tij, aut multitudo in eo transigi tempore. Occasio autem
 est pars temporis, habens in se alicuius rei faciendæ, aut
 non faciendæ oportunitatem. Verum in tempore spa-
 cium quadammodo declaratur, in occasione ad spaciū
 temporis faciendi quædam oportunitas intelligitur.
 Hæc in tria distribuitur genera, publicum, commune,
 singulare. Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua
 de causa frequentat, ut ludi, dies festi, bellum. Com-
 mune, quod accedit omnibus eodem ferè tempore, ut
 messis, vindemia, calor, frigus. Singulare est, quod alti-
 qua de causa priuatim alicui solet accidere, ut nuptiae,
 sacrificium, funus, coniuicium. Modus est in quo, quem
 admodum, & quo animo factum sit queritur: cuius

Facultas. *Adiunctum negotio.* *partes sunt prudentia, & imprudentia. Prudentiae dum ratio queritur ex his quae clam, palam, vi, persuasione fecerit. Imprudentia autem in purgationem confortur: cuius partes sunt, inscientia, casus, necessitas. Facultas sunt, aut quibus facilius aliquid fit, aut sine quibus non fit. Adiunctum negotio autem illud intelligitur quod maius, & quod minus, & quod simile ei negotio de quo agitur, & quod æquè magnum, & quod contrarium, & quod plurimum dicitur, & quod dispatratum, & genus, & pars, & euentus. Et minus, & æquè magnum, & ex vi, & ex numero, & ex figura negotij, sicut ex actu corporis consideratur. Simile autem ex specie comparabili, aut conferenda atque assimilanda natura iudicatur. Contrarium est, quod post tum est in genere diuerso ab eo cui contrarium dicitur, plurimum distat, ut frigus, calor, vita, mors. Disparatum est autem id, quod ab aliqua re præpositione negationis separatur, hoc modo, sapere, & non sapere. Genius est, quod partes alias complectitur, ut cupiditas. Pars est, quæ est sub genere: ut amor, auaritia. Euentus est exitus alicuius, in quo queri solet quid ex queque re euenerit, eueniat, euenturum sit: ut ex arrogancia odium, ex insolentia arrogantia.*

Quarta autem pars est ex his quæ negotio dicebamus attributa, consecutio. Hæ res in hac queruntur, quæ gestum negotium consequuntur. Primum factum est, quo id nomine appellari conueniat. Deinde eiusfa-

eti qui

eti qui sunt principes & inuentores. Qui denique auctoritatis eius & inventionis comprobatores atque æmuli. Deinde quæ de ea re, aut quæ eius rei sit lex, consuetudo, pactio, iudicium, scientia, artificium. Deinde natura eius, vulgo evenire solcat, an insolenter & raro. Postea homines sua auctoritate id comprobare, an defendere in his consueverunt, & cætera quæ factum aliquid similiter confessim, aut ex interuallo solent consequi. Ac negotijs ferè res, quas commemo- rauimus, sunt attributæ.

F I N I S.

Salmanticæ.

Excudebat Andreas à Portonarijs,

s. C. M. Typographus.

1556



